

CONLATIO TERTIA QUAE EST ABBATIS PAFNUTII  
*De tribus abrenuntiationibus*

DERDE GESPREK. VAN ABT PAFNUTIUS  
*De drie verzakingen*

- |        |  |     |  |
|--------|--|-----|--|
| I.     | De conversatione ac vita abbatis Pafnutii  | 1.  | De levenswijze van abt Pafnutius   |
| II.    | De sermone eiusdem senis ac reponse nostra   | 2.  | Toespraak van de grijsaard en ons antwoord   |
| III.   | Propositio abbatis Pafnutii de tribus vocationum generibus et de tribus renuntiationibus               | 3.  | Stelling van abt Pafnutius over de drie soorten roeping en de drie verzakingen                                   |
| IV.    | Expositio trium vocationum   | 4.  | Uiteenzetting over de drie roepingen   |
| V.     | Quid et desidioso vocatio prima non prosit et strenuo postrema non obsit                               | 5.  | De eerste roeping betekent voor de trage geen voordeel; de laatste voor de ijverige geen nadeel                  |
| VI.    | Expositio trium renuntiationum   | 6.  | Uiteenzetting over de drie verzakingen   |
| VII.   | Quemadmodum singularum renuntiationum sit adprehenda perfectio   | 7.  | Hoe men zich elk der drie verzakingen volkomen eigen moet maken  |
| VIII.  | De propriis divitiis, in quibus consistit animae pulchritudo vel foeditas                              | 8.  | De eigen rijkdom van de ziel, waardoor zij schoon of lelijk is   |
| IX.    | De tripertito genere divitiarum  | 9.  | De drie soorten rijkdom  |
| X.     | Non posse quemquam primo tantum renuntiationis gradu esse perfectum                                    | 10. | Niemand kan door de eerste verzaking alleen volmaakt zijn  |
| XI.    | Interrogatio de libero arbitrio hominis et gratia dei  | 11. | Vraag over de vrije wil van de mens en de genade van God   |
| XII.   | Responsio de dispensatione diuinae gratiae manente arbitrii libertate                                  | 12. | Antwoord: In het bestel van Gods genade blijft de vrijheid van de wil  |
| XIII.  | Quod directio uiae nostrae ex deo sit  | 13. | De leiding van onze weg komt van God   |
| XIV.   | Quod scientia legis magisterio et inluminacione domini conferatur                                      | 14. | De kennis van de wet wordt door het onderricht en de verlichting van de Heer geschonken                          |
| XV.    | Quod intellectus, quo mandata dei possimus agnoscere, et bonae uoluntatis effectus a domino condonetur | 15. | Het begrip waardoor wij Gods geboden kunnen kennen en de neiging van de goede wil worden door de Heer geschonken |
| XVI.   | Quod ipsa fides a domino concedatur  | 16. | Het geloof zelf wordt door de Heer geschonken  |
| XVII.  | Quod moderatio et tolerantia temptationum nobis a domino tribuatur                                     | 17. | De Heer matigt de bekoringen en geeft het ons ze te dragen   |
| XVIII. | Quod perpetuitas timoris dei nobis a domino conferatur   | 18. | De bestendigheid in de vreze Gods wordt ons door de Heer geschonken  |
| XIX.   | Quod initium uoluntatis bonae et consummatio eius a domino sit   | 19. | Het begin van de goede wil én zijn voltooiing zijn van de Heer   |
| XX.    | Quod nihil in hoc mundo sine deo geratur   | 20. | Niets in deze wereld geschiedt zonder God  |
| XXI.   | Obiectio super liberi arbitrii potestate   | 21. | Opwerping, over de macht van de vrije wil  |
| XXII.  | Responsio, quod liberum arbitrium nostrum adiutorio domini semper indigeat                             | 22. | Antwoord: onze vrije wil heeft de hulp van de Heer voortdurend nodig   |

I. DE CONVERSATIONE AC VITA ABBATIS PAFNUTII

1. In illo sanctorum choro,  
qui uelut astra purissima  
in nocte mundi istius  
refulgebant,  
uidimus sanctum Pafnutium  
uice luminaris magni  
claritate scientiae  
coruscantem.

hic namque  
presbyter congregationis nostrae,  
id est illius  
quae in heremo Scitii morabatur  
fuit,  
in qua ita ad extremam durauit aetatem,  
ut numquam e cella  
quam iunior coeperat habitare

1. DE LEVENSWIJZE VAN ABT PAFNUTIUS

1. In dat koor van heiligen,  
die als heldere sterren  
in de nacht van deze wereld  
schitterden,  
hebben wij de heilige Pafnutius gezien  
als een groot licht,  
stralend  
door de klaarheid van zijn kennis.

Hij  
was  
de priester van onze gemeente  
in de woestijn van Sectis,

alwaar hij tot op zeer hoge leeftijd heeft volhard,  
zó zelfs dat hij nooit van de cel  
die hij in zijn jonge jaren had betrokken

quae que ab ecclesia milibus quinque distabat,  
saltim ad uiciniora  
migrauerit,  
ne fessus annis  
die sabbati uel dominico  
uenturus ad ecclesiam  
tanti itineris spatio  
uexaretur.

sed  
ne uacuis quidem reuertitur exinde  
contentus  
uas aquae,  
quam per totam erat ebdomadam sumpturus,  
suis ceruicibus superponens  
reportabat ad cellam,  
cum que nonagenariam excessisset aetatem,  
numquam passus est  
eam iuniorum sibi labore deferri.

2. hic itaque  
ab adulescentia sua  
scolis coenobiorum  
tanto ardore  
se tradidit,  
ut in eis paruo tempore conmoratus  
tam subiectionis bono  
quam uniuersarum uirtutum scientia  
pariter ditaretur.

humilitatis namque  
et oboedientiae disciplina  
omnes suas mortificans uoluntates  
et per hanc  
extinctis uniuersis uitiiis  
cunctis que uirtutibus consummatis,  
quas monasteriorum instituta  
uel antiquissimorum patrum doctrina  
fundauit,  
sublimioris profectus ardore  
succensus  
heremi festinauit penetrare secreta,  
ut domino,  
cui inter fratrum turbas positus  
sistebat  
inseparabiliter inhaerere,  
nullo deinceps humano consortio  
retrahente  
facilius  
uniretur.

3. ubi rursum  
tanto feruore  
etiam ipsorum anachoretarum uirtutes  
superans  
desiderio et intentione  
iugis ac diuinae illius theoriae  
cunctorum deuitabat aspectus,  
uastiora  
et inaccessibilia solitudinis penetrans loca  
multo que in eis tempore delitescens,

en die vijf mijl van de kerk af lag,  
naar een andere is verhuisd  
die tenminste wat dichterbij lag,  
om zich, door de jaren uitgeput,  
de kwelling te besparen  
van die lange tocht  
naar de kerk,  
's zaterdags en 's zondags.

Ja,  
hij wilde niet eens  
met lege handen terugkeren:  
hij laadde de kruik  
met zijn watervoorraad voor de hele week  
op zijn schouders  
en droeg haar naar zijn cel.  
Ofschoon hij de negentig jaar gepasseerd is,  
liet hij nimmer toe  
dat jongeren dit werk voor hem deden.

2. Hij had zich  
vanaf zijn jeugd  
met zoveel ijver  
aan de school van het cenobietenleven  
gegeven,  
dat hij er in korte tijd  
het goed der onderdanigheid  
en de kennis van alle deugden  
verwierf.

Door nederigheid  
en gehoorzaamheid  
verstierf hij zijn eigen wil;  
en aldus  
ontdaan van al zijn kwaad  
en volmaakt in al de deugden  
waartoe de kloosterregels  
en de leer van de oudste Vaders  
vormen,  
ontbrandde hij  
in verlangen naar een hogere volmaaktheid  
en spoedde zich naar de afzondering van de  
woestijn. Temidden van de broeders  
had hij verlangd  
de Heer onafscheidelijk aan te hangen:  
nú weerhield het gezelschap der mensen  
hem niet meer  
en kon hij gemakkelijker  
met God  
worden verenigd.

3. Ook daar

overtrof hij  
zelfs de deugden van de kluizenaars.  
In zijn verlangen en streven  
naar de voortdurende beschouwing van God  
ontvluchtte hij de blikken van de mensen  
en trok naar de meest verlaten  
en ontoegankelijke delen van de woestijn,

ut ab ipsis quoque anachoretis  
difficulus ac rarissime deprehensus  
angelorum  
cotidiano consortio  
delectari ac perfrui  
crederetur,  
atque ei  
merito uirtutis huius  
ab ipsis inditum fuerit  
Bubali cognomentum.

## II. DE SERMONE EIUSDEM SENIS AC REPONSIONE NOSTRA

### 1. Huius igitur magisterio

institui  
cupientes,  
cogitationum etiam stimulis  
agitati  
ad cellam eius  
iam die aduersperante  
peruenimus.

qui habito aliquantisper silentio  
cum propositum nostrum praedicare coepisset,  
quod scilicet patriam  
relinquentes  
tot prouinciis  
pro amore domini  
perlustratis  
egestatem ac uastitatem heremi  
tolerare  
et imitari  
rigorem conuersationis illorum  
tanto opere niteremur,  
quem uix ipsi  
qui in eadem necessitate atque inopia  
nati educati que sunt  
sustinerent,

### 2. respondimus nos

ob id  
ad eius doctrinam ac magisterium tetendisse,  
ut in huius aliquatenus  
tantum uiri institutionibus  
ac perfectione  
possemus,  
quam innumeris documentis  
inesse eidem senseramus,  
non  
ut ullis quae tamen in nobis non essent laudibus  
grauaremur  
aut elatione animi,  
qua in nostris quoque cellulis  
nonnumquam suggestionibus titillabamur inimici,  
ipsius quoque sermonibus  
inflaremur.

quamobrem

waar hij lange tijd verborgen leefde,  
zodat ook de kluizenaars zelf  
hem maar zelden zagen en met moeite.  
Daarom geloofden zij dan ook,  
dat hij dagelijks het gezelschap  
van de engelen  
genoot;  
en  
om deze eenzaamheid  
gaven ze hem  
de bijnaam "de Buffel".

## 2. TOESPRAAK VAN DE GRIJSAARD EN ONS ANTWOORD

### 1. Verlangend

door zo'n meester  
onderricht te worden  
en bovendien rusteloos  
door de prikkel van onze gedachten,  
kwamen wij  
tegen het vallen van de avond  
bij zijn cel aan.

Even bleef hij zwijgen:

dan begon hij onze opzet te prijzen,  
dat wij ons vaderland  
hadden verlaten  
en zovele streken  
waren doorgetrokken  
uit liefde tot de Heer;  
dat wij ons zozeer inspanden  
om de ontbering en de eenzaamheid van de  
woestijn  
te dragen  
en hun strenge leven  
na te volgen,  
dat zelfs diegenen  
die in dergelijke behoeftige omstandigheden  
waren geboren en getogen,  
nauwelijks konden volhouden.

### 2. Wij antwoordden

dat wij zijn lering en meesterschap  
waren komen zoeken  
om iets  
van de lessen van zo'n groot man  
en van zijn volmaaktheid,  
die wij door talloze bewijzen  
in hem aanwezig wisten,  
in ons op te nemen,  
maar niet  
om door zijn ongegronde lof  
te worden bezwaard  
en tot hoogmoed  
verleid,  
waartoe reeds de vijand  
ons ook in onze eigen cel  
kwam bekoren.

illa nobis potius precabamur infundi,  
quibus compungi uel humiliari,  
non quibus nobismet ipsis blandiri  
extolli que  
possemus.

### III. PROPOSITIO ABBATIS PAFNUTII DE TRIBUS VOCATIONUM GENERIBUS ET DE TRIBUS RENUNTIATIONIBUS

1. Tum beatus Pafnutius:  
Tres, inquit, vocationum sunt ordines,  
tres quoque renuntiationes  
monacho  
in quocumque vocationis ordine constituto  
necessarias noverimus

et primam quidem causam  
qua tres esse vocationum ordines diximus  
oportet nos diligenter inquirere,  
ut cum agnouerimus  
nos ad dei cultum  
primo gradu vocationis adscitos,  
secundum eius sublimitatem  
conuersationis quoque nostrae  
congruentiam temperemus.

nihil enim proderit  
sublimiter inchoasse,  
si similem principiis  
non exhibuerimus et finem.

2. quodsi etiam ultimo ordine  
nos a conuersatione saeculi  
extractos fuisse  
cognoscimus,  
quanto minus probabili ad religionem principio  
uidemur inniti,  
tanto acius nosmet ipsos  
ad meliorem finem  
spiritali feruore  
incitare curemus.

secundam quoque causam  
trinae abrenuntiationis  
omnimodis nosse  
nos conuenit,  
quia nullo modo  
perfectionem poterimus adtingere,  
si eam  
uel ignorauerimus  
uel scientes  
non contenderimus opere consummare.

### IV. EXPOSITIO TRIUM VOCATIONUM

1. Vt igitur

Wij vroegen hem dus,  
ons liever dingen te zeggen  
die ons rouwmoedig en nederig  
konden maken,  
in plaats van ijdel  
en hovaardig.

### 3. STELLING VAN ABT PAFNUTIUS OVER DE DRIE SOORTEN ROEPING EN DE DRIE VERZAKINGEN

1. Toen sprak de zalige Pafnutius:  
Er zijn drie soorten roeping.  
Eveneens zijn er drie verzakingen,  
die de monnik,  
van welke soort zijn roeping ook is,  
alle drie van node heeft.

Het eerste punt,  
de drie soorten roeping,  
moeten wij degelijk onderzoeken,  
opdat wij als we zien  
dat onze roeping tot de dienst van God  
van de eerste klasse is geweest,  
ons gedrag  
met dat verheven begin  
doen overeenstemmen.

Het zou immers niet baten  
voortreffelijk te zijn begonnen  
als het einde  
niet beantwoordde aan het begin.

2. Constateren wij echter  
dat wij zelfs volgens de minste klasse van roeping  
aan het leven van de wereld  
zijn ontrukkt,  
laten wij dan,  
op hoe minder degelijk begin  
onze dienst van God steunt,  
een des te vuriger  
geestelijke ijver tonen,  
om beter te eindigen.

Ook het tweede punt,  
de drievoudige verzaking,  
behoren wij  
grondig te bestuderen.  
Want wij kunnen de volmaaktheid  
absoluut niet bereiken,  
als wij hieromtrent  
onwetend blijven  
of de kennis die wij er eventueel van hebben  
niet in praktijk trachten te brengen.

### 4. UITEENZETTING OVER DE DRIE ROEPINGEN

1. Om dan

tres hi uocationum modi  
speciali distinctione pandantur,  
primus ex deo est,  
secundus per hominem,  
tertius ex necessitate.

et ex deo  
quidem est,  
quotiens inspiratio quaedam  
inmissa in cor nostrum  
nonnumquam etiam dormientes  
nos  
ad desiderium aeternae uitae ac salutis  
exsuscitat  
deum que sequi  
et eius inhaerere praeceptis  
conpunctione saluberrima  
cohortatur:

ut  
in scripturis sanctis  
Abraham  
uoce dominica  
de genitali solo  
et totius cognationis affectibus  
patris que domo  
legimus euocatum  
dicente domino:

*exi de terra tua,  
et de cognatione tua,  
et de domo patris tui.*

2. quo etiam modo  
beatum Antonium  
accitum esse  
cognouimus,  
qui occasionem suae conuersionis  
a sola diuinitate  
percepit.

ingressus namque ecclesiam  
ibi que audiens  
in euangelio dominum praedicantem:

*qui non odit patrem et matrem  
et filios et uxorem et agros,  
insuper et animam suam,  
non potest meus esse discipulus,*

et:

*si uis perfectus esse,  
uade, uende omnia quae habes  
et da pauperibus,  
et habebis thesaurum in caelo,  
et ueni, sequere me,*

praeceptum hoc domini  
uelut specialiter ad se directum  
cum summa cordis conpunctione  
suscepit  
confestim que renuntians cunctis  
secutus est Christum,

de drie soorten roepingen  
duidelijk te onderscheiden:  
de eerste is van God,  
de tweede door een mens,  
de derde uit noodzaak.

De roeping  
komt van God  
zo vaak Hij ons hart  
een ingeving schenkt,  
die ons,  
soms zelfs wanneer wij slapen,  
plotseling opwekt  
tot het verlangen naar het eeuwig leven en het  
heil;  
die ons heilzaam treft  
en dringt  
om God te volgen  
en zijn geboden aan te hangen.

Zo lezen wij  
in de heilige Schrift,  
dat Abraham  
door de stem des Heren  
werd geroepen,  
weg van zijn geboortegrond,  
van de genegenheid zijner verwanten  
en van het huis van zijn vader:

*Trek weg uit uw land,  
uit uw stam  
en uit het huis van uw vader (Gen. 12,1).*

2. Van de zalige Antonius  
weet ik  
dat hij op dezelfde manier  
werd geroepen:  
hij ontving  
de aanleiding van zijn bekering  
van God alleen.

Zekere keer namelijk ging hij een kerk binnen  
en hoorde daar

deze woorden van de Heer in het evangelie:

*Wie zijn vader en moeder,  
zijn kinderen, zijn vrouw, zijn akkers,  
ja zelfs zijn eigen leven niet haat,  
kan mijn leerling niet zijn (Lc. 14,26).*

En:

*Zo gij volmaakt wilt zijn,  
ga, verkoop al wat ge bezit  
en geef het aan de armen,  
en gij zult een schat in de hemel bezitten;  
kom dan en volg Mij (Mt. 19,21).*

Hij vatte deze les van de Heer op  
als tot hem persoonlijk gericht en,  
in het diepst van zijn hart getroffen,  
aanvaardde hij:  
terstond verzaakte hij aan alles

nulla exhortatione  
neque doctrina hominum  
prouocatus.

3. secundus uocationis modus est  
quem fieri per hominem  
diximus,  
cum uel exemplis  
quorundam sanctorum  
uel monitis  
instigati  
ad desiderium salutis accendimur.

quo nos quoque  
per gratiam domini  
retinemus  
adscitos,  
qui  
praedicti uiri  
monitis ac uirtutibus  
incitati  
huic nos studio professioni que tradidimus.

quo ordine etiam  
in scripturis sanctis  
per Moysen  
filios Israhel  
de adflictione Aegypti  
legimus liberatos.

4. tertius uero uocationis modus est  
qui ex necessitate descendit,  
cum diuitiis mundi huius  
uel uoluptatibus  
obligati  
ingruentibus repente temptationibus,  
quae  
uel mortis pericula conminantur  
uel amissione bonorum ac proscriptione  
percutiunt  
uel carorum morte conpungunt,  
ad deum,  
quem sequi  
in rerum prosperitate  
contempsimus,  
saltim inuiti  
properare  
conpellimur.

5. cuius uocationis necessitatem  
in scripturis quoque  
saepissime repperimus,  
cum filios Israhel  
ob merita peccatorum  
legimus  
a domino traditos hostibus suis,  
ob quorum dominationem  
crudelitatem que saeuissimam

en volgde Christus  
zonder dat enige aansporing  
of enig onderricht van mensen  
hem daartoe had gebracht.

3. De tweede soort roeping is,  
zoals wij zeiden,  
die welke door een mens geschiedt,  
wanneer wij door de voorbeelden  
of de vermaningen  
van heilige personen  
ontstoken worden  
in verlangen naar het heil.

Op deze manier ben ook ik  
- het blijft mij altijd bij –  
door de genade van de Heer  
geroepen,  
toen ik mij,  
door de vermaningen en deugden  
van genoemde Antonius  
bezielde,  
aan deze levensstaat heb gegeven.

Op deze wijze ook  
zijn de kinderen van Israël,  
zo lezen we in de heilige Schrift,  
door Mozes  
uit de slavernij van Egypte  
bevrijd.

4. De derde soort roeping  
komt voort uit noodzaak.  
Terwijl wij gebonden zijn  
aan de rijkdommen  
en genoegens van deze wereld,  
treft ons plotseling de beproeving  
:  
een dreigend doodsgevaar,  
verlies van goederen of verbanning,  
of de dood van onze dierbaren;  
en terwijl wij in voorspoed  
versmaadden  
God te volgen,  
worden wij nu gedwongen  
om ons dan maar ondanks onszelf  
naar Hem  
te haasten.

5. Deze roeping uit noodzaak  
vinden wij in de Schrift  
zeer vaak.  
Wij lezen  
dat de kinderen van Israël  
om hun zonden  
door de Heer werden overgeleverd aan hun  
vijanden, onder wier wrede  
tirannie

rursum conuersos  
ad dominum proclamasse.  
*et misit eis, inquit, dominus  
saluatorem Aoth,  
filium Gera, filium Iemini,  
qui utraque manu utebatur  
pro dextera.*

et rursum  
*clamauerunt, inquit, ad dominum:  
qui suscitauit eis saluatorem,  
et liberauit eos,  
Othonihel filium Cenez,  
fratrem Caleb iuniorem.*

et de talibus  
in psalmo dicitur:  
*cum occideret eos,  
tunc quaerebant eum:  
et reuertebantur,  
et diluculo  
ueniebant ad deum.  
et recordati sunt  
quia deus  
adiutor eorum est:  
et deus excelsus  
redemptor eorum est.*

rursum que:  
*et clamauerunt ad dominum  
cum tribularentur:  
et de necessitatibus eorum  
liberauit eos.*

zij zich weer bekeerden  
en riepen tot de Heer.  
*En de Heer zond hun, zo staat er,  
een rechter, Aod,  
zoon van Gera, zoon van Jemini,  
die beide handen gebruikte  
als de rechtse (Ri. 3,15).*

En ook dit:  
*Zij riepen tot de Heer  
en Hij verwekte hun een redder  
en bevrijdde hen:  
Otniël, de zoon van Kenaz,  
jongere broer van Caleb (Ri. 3,9).*

lets dergelijks  
wordt in de psalm gezegd:  
*Wanneer Hij hen doodde,  
zochten zij Hem:  
zij bekeerden zich  
en vanaf de vroege ochtend  
kwamen zij tot Hem.  
En zij gedachten  
dat God  
hun helper was,  
en de allerhoogste God  
hun verlosser (Ps. 78,34-35).*

En ook:  
*Zij riepen tot de Heer  
toen zij gekweld werden,  
en uit hun noden  
bevrijdde Hij hen (Ps. 107,19).*

#### V. QUID ET DESIDIOSO VOCATIO PRIMA NON PROSIT ET STRENUO POSTREMA NON OBSIT

1. Ex his itaque tribus modis  
licet priores duo  
melioribus inniti principiis  
uideantur,  
nonnumquam tamen inuenimus  
etiam de tertio gradu,  
qui infimus uidetur ac tepidus,  
perfectos uiros  
ac spiritu feruentissimos  
extitisse  
illis que consimiles,  
qui optimo principio  
adgressi domini famulatum  
reliquam quoque uitam  
laudabili feruore spiritus  
exegerunt,  
et iterum  
de illo superiore gradu  
plurimos tepefactos  
ad uituperabilem finem  
saepissime reccidisse.

ac perinde

#### 5. DE EERSTE ROEPING BETEKENT VOOR DE TRAGE GEEN VOORDEEL; DE LAATSTE VOOR DE IJVERIGE GEEN NADEEL

1. Ofschoon van deze drie roepingen  
de eerste twee  
op een degelijker grond  
schijnen te steunen,  
hebben wij toch  
ook wel mannen van de derde roeping  
- die de minste schijnt en een lauwe -  
volmaakt bevonden  
en uiterst vurig van geest,

volkomen de gelijken van diegenen  
die op de verhevenste wijze  
de dienst van de Heer begonnen  
en hun verdere leven  
in die loffelijke ijver  
volhardden.  
Omgekeerd  
zijn er velen  
van de eerste roeping  
tot lautheid vervallen  
en was hun einde laakbaar.

Zoals het voor de eersten

sicut illis  
nihil obfuit  
quod non suo uidentur arbitrio,  
sed necessitatis compulsione  
conuersi,  
quippe quibus  
hanc ipsam occasionem  
qua conpungerentur  
domini benignitas procurauit,  
ita etiam istis  
omnino nil profuit  
sublimiora conuersionis habuisse principia,  
quia non studuerunt  
reliquam uitam  
fine congruo  
terminare.

2. nec enim  
abbati Moysi,  
qui habitauit in loco istius heremi  
qui Calamus nuncupatur,  
quicquam defuit  
ad perfectae beatitudinis meritum,  
quod metu mortis  
quae ei  
propter homicidii crimen  
intentabatur  
inpulsus  
ad monasterium decucurrit.

qui ita necessitatem conuersionis  
adripuit,  
ut eam in uoluntatem  
prompta animi uirtute conuertens  
ad perfectionis fastigia summa  
peruenerit.

sicut etiam e contrario  
plurimis,  
quos nominatim memorare non debeo,  
nihil profuit  
domini seruitutem  
meliore adripuisse principio,  
qui deinceps  
cordis ignauia ac duritia subsequente  
in teporem noxium  
ac profundum mortis barathrum  
concliderunt.

3. quam rem  
in apostolorum quoque uocatione  
uidemus euidenter expressam.

quid enim profuit Iudae  
apostolatus sublimissimum gradum  
eodem ordine  
quo Petrus ceteri que apostoli adsciti sunt  
uoluntarie suscepisse,  
qui uocationis suae praeclara principia  
cupiditatis ac filargyriae

dus  
geen nadeel betekende,  
dat zij zich niet uit vrije wil schenen  
te bekeren,  
maar noodgedwongen  
- Gods goedheid bezorgde  
hun immers  
de aanleiding zelf  
tot hun bekering -:  
zo was het evenmin voor de laatsten  
een voordeel  
dat hun bekering zo verheven begon,  
omdat zij niet gezorgd hebben  
hun verdere leven  
in overeenstemming daarmede  
te volbrengen.

2.  
Het heeft abt Mozes,  
die in het gedeelte van deze woestijn  
dat Calamus genoemd wordt, heeft gewoond,  
in niets  
aan volmaakte heiligheid ontbroken.  
Toch is hij naar het klooster gegaan  
uit vrees voor de doodstraf  
die hem  
boven het hoofd hing  
vanwege een moord.

Hij heeft zijn noodgedwongen bekering  
met zoveel ijver aangepakt,  
dat hij haar prompt in een vrijwillige  
veranderde  
en de hoogste toppen van de volmaaktheid  
bereikte.

Omgekeerd  
heeft het velen,  
wier namen ik niet behoef te noemen,  
niets gebaat  
dat zij de dienst van de Heer  
op een verhevener wijze begonnen,  
omdat zij naderhand  
door de slapheid en de verstoktheid van hun hart  
tot een verderfelijke lauwheid vervielen  
en neerstortten  
in de diepe afgrond van de dood.

3. Ditzelfde  
zien we ook duidelijk  
in de roeping van de apostelen.

Wat heeft het Judas gebaat,  
dat hij het sublieme apostelambt,  
waartoe hij op dezelfde wijze  
als Petrus en de anderen was geroepen,  
vrijwillig heeft aangenomen,  
hij die op het voortreffelijke begin van zijn roeping  
het afschuwelijke einde

pestifero fine consummans  
usque ad traditionem domini  
crudelissimus parricida  
prorupit?

4. aut  
quid obfuit Paulo  
quod repente caecatus  
ad uiam salutis  
uelut inuitus uidetur adtractus,  
qui postea dominum  
toto animi feruere  
sectatus  
initium necessitatis  
uoluntaria deuotione consummans  
gloriosam tantis uirtutibus uitam  
incomparabili fine  
conclisit?

totum ergo  
in fine consistit,  
in quo potest quis  
et optimae conuersionis initiis dedicatus  
inferior  
per neglegentiam  
repperiri  
et necessitate adtractus  
ad nomen monachi profitendum  
effici  
per timorem dei diligentiam que  
perfectus.

#### VI. EXPOSITIO TRIUM RENUNTIATIONUM

1. Nunc  
de abrenuntiationibus  
disserendum est,  
quas tres esse  
patrum traditio  
et scripturarum sanctarum demonstrat auctoritas,  
quas que unumquemque nostrum  
omni studio  
oportet implere.

prima est  
qua corporaliter  
uniuersas diuitias mundi facultates que  
contemnimus,

secunda  
qua mores  
ac uitia affectus que pristinos  
animi carnis que  
respuimus,

tertia  
qua  
mentem nostram  
de praesentibus uniuersis ac uisibilibus

van begeerte en hebzucht liet volgen,  
zozeer dat hij ertoe kwam  
als een wrede moordenaar  
zijn Heer te verraden?

4. Van de andere kant:  
wat heeft het Paulus geschaad  
dat hij, plotseling van het licht van zijn ogen  
berooft, als tegen zijn wil  
naar de weg van het heil werd getrokken?  
Hij heeft immers daarna  
met al de vurigheid van zijn ziel  
de Heer gevolgd;  
na het gedwongen begin  
heeft hij zijn wil ten volle ingezet,  
en zijn van deugden schitterend leven  
heeft hij met een onvergelykelijk einde  
bekroond.

In het einde  
is dus alles gelegen.  
Iemand  
die zijn bekering op de verhevenste wijze begint,  
kan door zijn nalatigheid  
ten slotte de minste  
bevonden worden,  
terwijl een ander door de nood ertoe gebracht  
om monnik te worden,  
door vreeze Gods en ijver  
volmaakt  
wordt.

#### 6. UITEENZETTING OVER DE DRIE VERZAKINGEN

1. Nu  
moeten wij over de verzakingen  
spreken,  
welke drie in getal zijn,  
zoals de overlevering der Vaders  
en het gezag van de heilige Schrift ons leren,  
en die ieder van ons  
met alle ijver  
moet volbrengen.

De eerste is die  
waardoor wij uitwendig  
alle rijkdom en goederen van de wereld  
verachten;

de tweede die  
waardoor wij breken  
met ons vroegere leven,  
met onze ondeugden en gehechtheden,  
geestelijke en vleselijke;

de derde is die  
waardoor wij  
onze geest  
van al het tegenwoordige en zichtbare

euocantes  
futura tantummodo contemplantur  
et ea quae sunt inuisibilia  
concupiscimus.

2. quae tria  
ut simul perficiantur  
etiam Abrahae legimus  
dominum praecepisse,  
cum dicit ad eum:  
*exi de terra tua,  
et de cognatione tua,  
et de domo patris tui.*

primum dixit  
*de terra tua,*  
id est  
de facultatibus mundi huius  
opibus que terrenis:

secundo  
*de cognatione tua,*  
id est  
de conuersatione  
et moribus  
uitiis que prioribus,  
quae nobis  
a nostra natiuitate  
cohaerentia  
uelut adfinitate quadam  
et consanguinitate  
cognata sunt:

tertio  
*de domo patris tui,*  
id est  
omni memoria mundi huius  
quae oculorum occurrit obtutibus.

3. de duobus enim patribus,  
id est  
siue de illo qui deserendus  
siue de eo qui expetendus est,  
ita per Dauid  
ex persona dei  
canitur:  
*audi, filia,  
et uide,  
et inclina aurem tuam:  
et obliuiscere populum tuum,  
et domum patris tui.*

nam  
qui dicit  
*audi, filia,*  
pater utique est,  
et illum,  
cuius domum uel populum  
obliuioni tradi

afwenden  
om enkel het toekomstige te beschouwen  
en het onzichtbare  
te verlangen.

2. Deze alle drie  
te volbrengen  
gebood de Heer  
reeds aan Abraham,  
waar Hij hem zegt:  
*Trek weg uit uw land,  
uit uw stam  
en uit het huis van uw vader* (Gen. 12,1).

Eerst zegt Hij:  
*uit uw land,*  
dat is:  
uit de goederen van deze wereld  
en de aardse rijkdom;

vervolgens  
*uit uw stam,*  
dat is:  
uit de levenswijze  
en de gewoonten van voorheen,  
uit de vroegere ondeugden,  
die ons  
vanaf onze geboorte  
aankleven,  
zodat zij als door verwantschap,  
als door het bloed,  
met ons verbonden zijn;

ten derde  
*uit het huis van uw vader,*  
dat is:  
uit alle gedachten aan deze wereld  
die zich aan uw blikken voordoen.

3. Over het feit, inderdaad, van de twee vaders  
:  
één die men moet verlaten  
en één die men moet zoeken,  
zingt David  
uit de naam van God  
aldus:  
*Hoor, dochter,  
en zie  
en neig uw oor;  
vergeet uw volk  
en het huis van uw vader* (Ps. 45,11).

Want  
hij die zegt:  
*Hoor dochter,*  
is ongetwijfeld haar vader,  
en toch getuigt hij,  
dat degene  
wiens huis en volk

debere persuadet,  
patrem nihilominus  
suae filiae fuisse  
testatur.

quod ita fit,  
cum mortificati cum Christo  
ab elementis huius mundi  
contemplamur  
secundum apostolum  
*iam non ea quae uidentur  
sed quae non uidentur:  
quae enim uidentur,  
temporalia sunt,  
quae autem non uidentur,  
aeterna,*  
et exeuntes  
corde  
de hac temporali ac uisibili domo  
in illam  
in qua sumus iugiter permansuri  
nostros oculos mentem que  
dirigimus.

4. quod tunc inplebimus,  
cum  
in carne ambulantes  
non secundum carnem  
militare domino coeperimus,  
illam beati apostoli sententiam  
opere ac uirtute clamantes:  
*noster autem municipatus  
in caelis est.*

his tribus abrenuntiationibus  
proprie  
tres libri Salomonis  
aptantur.

nam  
Prouerbia  
primae abrenuntiationi  
conueniunt,  
quibus concupiscentia carnalium rerum  
ac terrena uitia  
resecantur,

secundae abrenuntiationi  
Ecclesiastes,  
ubi uniuersa quae aguntur sub sole  
uanitas pronuntiantur,

tertia  
Canticum Canticorum,  
in quo mens  
uisibilia cuncta transcendens  
uerbo iam dei  
caelestium rerum contemplatione  
coniungitur.

hij zijn dochter vermaant  
te vergeten,  
óók haar vader  
is.

Dit vergeten van eigen huis en volk wordt een feit  
als wij, met Christus  
aan de elementen van deze wereld gestorven,  
niet meer letten,  
volgens de Apostel,  
*op het zichtbare,  
maar op het onzichtbare,  
want het zichtbare  
is tijdelijk,  
maar het onzichtbare  
eeuwig (2Kor. 4,18);*  
en als wij  
met ons hart  
dit tijdelijke, zichtbare huis verlaten  
en de ogen van onze geest  
richten  
op het huis  
waarin wij eeuwig zullen verblijven.

4. Dán zullen wij dit volbrengen,  
wanneer wij,  
wandeland in het vlees,  
niet meer volgens het vlees  
zullen strijden voor de Heer,  
dit woord van de zalige Apostel  
met onze werken uitroepend:  
*Wij echter zijn  
burgers van de hemel (2Kor. 10,3; Fil. 3,20).*

Aan deze drie verzakingen  
beantwoorden  
precies  
de drie boeken van Salomon.

Bij de eerste verzaking  
passen  
de Spreuken,  
waardoor de begeerte naar het vleselijke  
en de aardse ondeugden  
worden afgesneden;

bij de tweede verzaking  
de Prediker,  
waar alles wat onder de zon geschiedt,  
ijdelheid wordt genoemd;

bij de derde  
het Hooglied,  
waarin de geest  
boven al het zichtbare uitstijgt  
en reeds met het Woord Gods  
wordt verenigd  
door de beschouwing van het hemelse.

VII. QUEMADMODUM SINGULARUM RENUNTIATIONUM  
SIT ADPREHENDA PERFECTIO

1. Quapropter  
non multum proderit  
primam nos abrenuntiationem  
cum summa deuotione fidei  
suscepisse,  
si secundam  
non eodem studio  
atque eodem  
impleuerimus  
ardore.

et ita  
cum etiam hanc fuerimus indepti,  
ad illam quoque tertiam  
peruenire poterimus,  
qua  
de domo prioris nostri parentis  
egressi,  
quem ab exordio natiuitatis nostrae  
secundum ueterem hominem,  
quando  
*eram natura filii irae  
sicut et ceteri,*  
patrem nobis fuisse meminimus,  
omnem mentis intuitum  
ad caelestia deflectemus.

2. de quo etiam patre  
ad Hierusalem  
quae uerum patrem deum contempserat  
dicitur:

*pater tuus Amorraeus,  
et mater tua Chetthaea,*  
et in euangelio:  
*uos ex patre diabolo estis,  
et desideria patris uestri  
uultis facere.*

quem cum dimiserimus,  
de uisibilibus ad inuisibilia  
transmigrantes  
cum apostolo dicere poterimus:  
*scimus autem quoniam  
si terrestris domus nostra huius habitationis  
dissoluatur,  
quod habitationem habeamus ex deo,  
domum non manu factam  
aeternam in caelo,*

et illud  
quod paulo ante commemorauimus:  
*noster autem municipatus  
in caelis est,  
unde et saluatorem expectamus  
dominum Iesum,  
qui reformabit corpus humilitatis nostrae  
conforme corpori claritatis suae,*

et illud beati Dauid:  
*quia incola ego sum in terra,*

7. HOE MEN ZICH ELK DER DRIE VERZAKINGEN  
VOLKOMEN EIGEN MOET MAKEN

1.  
Het zou ons niet veel baten  
de eerste verzaking  
met de totale inzet van ons geloof  
te ondernemen  
indien wij de tweede  
niet met eenzelfde ijver  
en  
vurigheid  
volbrachten.

En  
als wij dan ook deze verworven hebben,  
kunnen wij tot die derde  
geraken,  
waardoor wij  
de blik van onze geest  
geheel op het hemelse richten,  
na te zijn uitgegaan  
uit het huis van onze eerste vader,  
die - wij weten het - onze vader was  
naar de oude mens  
vanaf onze geboorte,  
toen wij  
*van nature kinderen van toorn waren,  
zoals de anderen (Ef. 2,3).*

2. Over deze vader ook  
wordt gezegd  
tot Jeruzalem,  
dat haar ware vader, God, had veracht:  
*Uw vader is een Ammoniet  
en uw moeder een Hittietische (Ez. 16,3),*  
en in het evangelie:  
*De vader uit wie gij zijt is de duivel,  
en gij verkiest te volbrengen  
wat uw vader verlangt (Joh. 8,44).*

Als wij hem hebben verlaten,  
door van het zichtbare naar het onzichtbare  
over te gaan,  
kunnen wij met de Apostel zeggen:  
*Wij weten het:  
als de tent die onze aardse woning is,  
wordt neergehaald,  
ontvangen wij een woonplaats van God,  
een huis niet door mensenhand gemaakt,  
maar een eeuwig in de hemel (2Kor. 5,1);*  
en eveneens  
wat wij zojuist al aanhaalden:  
*Wij echter zijn  
burgers van de hemel,  
vanwaar wij dan ook de Verlosser verwachten,  
Jezus de Heer,  
die ons armzalig lichaam zal herscheppen,  
gelijk aan zijn verheerlijkt lichaam (Fil. 3,20-  
21),*

*et peregrinus  
sicut omnes patres mei,  
ut secundum domini uocem  
tales efficiamur  
quales illi  
de quibus haec dominus  
ad patrem in euangelio loquebatur:  
de mundo hoc non sunt,  
sicut et ego non sum de hoc mundo,  
et rursum ad ipsos apostolos:  
si de hoc mundo essetis,  
mundus quod suum est utique diligeret:  
sed quia de hoc mundo non estis,  
sed ego elegi uos de hoc mundo,  
propterea odit uos mundus.*

3. huius ergo renuntiationis tertiae  
ueram perfectionem  
tunc merebimur obtinere,  
quando mens nostra  
nullo carnae pinguedinis hebetata contagio,  
sed peritissimis elimationibus expolita  
ab omni affectu et qualitate terrena  
per indesinentem  
diuinarum rerum  
meditationem  
spiritalis que theorias  
ad illa quae inuisibilia sunt  
eo usque  
transierit,  
ut  
circumdatam se  
fragilitate carnis  
ac situ corporis  
supernis et incorporeis intenta  
non sentiat  
atque in huiusmodi rapiatur excessus,  
ut non solum nullas uoces  
auditu recipiat corporali  
nec in intuendis praetereuntium imaginibus  
occupetur,  
sed ne adiacentes quidem moles et ingentes  
materias  
obiectas oculis carnis  
aspiciat.

4. cuius rei  
fidem atque uirtutem  
nemo nisi is capiet,  
qui haec quae dicuntur  
experientia magistrante  
perceperit:  
cuius uidelicet ita dominus  
oculos cordis  
de uniuersis praesentibus  
auocarit,  
ut ea non tamquam transitura,  
sed quasi transacta  
iam reputet  
et uelut inanem fumum

en dit woord van de zalige David:  
*Een zwerver ben ik op aarde  
en een vreemdeling,  
zoals al mijn vaderen* (Ps. 119,19; Ps. 39,13).

Zo  
worden wij  
gelijk aan hen  
van wie de Heer in het evangelie  
dit tot de Vader zei:  
*Zij zijn niet van deze wereld,  
zoals ook Ik niet van deze wereld ben* (Joh.  
17,16),  
en tot de apostelen zelf:  
*Als gij van de wereld zoudt zijn,  
zou de wereld liefhebben wat haar toebehoort.  
Daar gij echter niet van de wereld zijt,  
maar Ik u uit de wereld heb uitgekozen,  
daarom haat de wereld u* (Joh. 15,19).

3. De volmaaktheid  
in deze derde verzaking  
zullen wij dan waarachtig bezitten,  
wanneer onze geest  
door geen grofheid van het vlees meer wordt  
bezwaard, maar in een kundige bewerking  
van alle aardse gesteltenis en gehechtheid  
ontdaan is: wanneer hij door voortdurende  
overweging  
van de dingen van God  
en geestelijke beschouwing  
zózeer  
in het onzichtbare  
is opgegaan,  
dat hij,  
gericht op het hogere en onlichamelijke,  
niet meer voelt,  
omgeven te zijn  
door het broze vlees,  
te leven in een lichaam.  
Hij wordt dan in zulke verrukkingen opgenomen,  
dat hij stemmen van buiten  
niet meer hoort,  
dat het niet meer tot hem doordringt  
als er mensen voorbijkomen,  
ja dat hij zelfs grote voorwerpen  
vlak voor zijn ogen  
niet ziet.

4. Deze toestand  
kan alleen hij  
waarachtig en ten volle begrijpen  
die wat ik zeg  
door ervaring  
heeft geleerd,  
wiens innerlijk oog  
de Heer zozeer  
van al het tegenwoordige  
heeft afgetrokken,  
dat hij het niet meer  
als voorbijgaand beschouwt,

in nihilum resoluta  
conspiciat,  
ambulans que  
ut Enoch cum deo  
ac  
de humana conuersatione moribus que translatus  
non inueniatur  
in praesentis saeculi uanitate.

quod in illo  
etiam corporaliter factum  
lectio Geneseos ita commemorat:  
*ambulauit que Enoch cum deo,  
et non inueniebatur:  
quia transtulit illum deus.*

apostolus quoque:  
*fide Enoch translatus est,  
ut non uideret mortem.*

de qua morte  
dominus in euangelio  
*qui uiuit, inquit, et credit in me,  
non morietur in aeternum.*

5. quapropter  
festinare debemus,  
si perfectionem ueram  
desideramus adtingere,  
ut  
quemadmodum corpore  
parentes,  
patriam,  
diuitias mundi  
uoluptates que  
despeximus,  
ita  
etiam corde  
haec omnia relinquentes  
nulla rursus ad haec quae dimisimus  
concupiscentia reuertamur,  
sicut illi  
qui educti per Moysen,  
cum utique corpore non redissent,  
corde tamen reuersi dicuntur in Aegyptum,  
relicto scilicet deo  
qui eos eduxerat  
cum tanta uirtute signorum  
idola Aegypti quae contempserant  
uenerantes,  
sicut scriptura commemorat:  
*et reuersi sunt cordibus suis in Aegyptum,  
dicentes ad Aaron:  
fac nobis deos  
qui praecedant nos:*

cum illis  
etiam pariter condemnemur,

maar als reeds voorbijgegaan  
en als een ijdele rook  
vervlogen tot niets.

Hij wandelt  
als Henoch met God,  
en  
van de menselijke levenswijze weggenomen  
vindt men hem niet meer  
in de ijdele tegenwoordige wereld.

Bij Henoch  
geschiedde dit ook lichamelijk,  
zoals het boek van de Schepping vermeldt:  
*En Henoch wandelde met God,  
en men vond hem niet meer,  
want God nam hem weg (Gen. 5,24).*

En de Apostel zegt:  
*Door het geloof werd Henoch weggenomen,  
zodat hij de dood niet heeft gezien (Hebr.  
11,5).*

Over deze dood  
spreekt de Heer in het evangelie:  
*Wie leeft in geloof aan Mij,  
zal in eeuwigheid niet sterven (Joh. 11,26).*

5. Haasten wij ons  
dus,  
als wij de ware volmaaktheid  
verlangen te bereiken,  
om  
zoals wij ons lichamelijk  
van ouders,  
vaderland,  
wereldse rijkdommen  
en genoegens  
hebben afgewend,  
ons  
ook met het hart  
van dat alles los te maken  
en niet meer door het verlangen terug te keren  
naar wat wij verlaten hebben,  
zoals zij deden  
die door Mozes waren uitgeleid:  
zij keerden terug naar Egypte,  
niet lichamelijk maar met het hart,  
door namelijk God,  
die hen met zulke machtige tekenen had uitgeleid,  
te verlaten  
en de afgoden van Egypte die zij eerst hadden  
verlaten te vereren;  
zoals de Schrift zegt:  
*En zij keerden met hun hart terug naar Egypte,  
en zeiden tot Aäron:  
Maak ons goden  
die voor ons uit zullen gaan (Hand. 7,39-40).*

qui in heremo conmorantes  
post escam mannae caelestis  
desiderauerunt  
uitiorum faetidos  
ac sordidae uilitatis  
cibos,  
nos que cum eis  
similiter murmurare uideamur:  
*bene nobis erat in Aegypto,  
ubi sedebamus super ollas carniū,  
et comedebamus  
caepas  
et alia  
et cucumeres  
et pepones.*

6. quae  
figura licet  
in illo praecesserit populo,  
tamen nunc quoque  
eam cotidie  
in nostro ordine ac professione  
uidemus impleri.

omnis enim  
quicumque post renuntiationem mundi huius  
ad antiqua reuertitur studia  
et ad pristina desideria reuocatur,  
haec eadem  
cum illis  
opere ac mente  
proclamat dicens:  
*bene mihi erat in Aegypto.*

quorum uereor  
ne tanta inuenienda sit multitudo,  
quantas tunc sub Moyse  
praeuaricantium turbas  
legimus extitisse.  
nam  
cum sexcenta tria milia armatorum  
de Aegypto dinumerentur egressa,  
ex his non sunt amplius quam duo tantum  
terram repromissionis ingressi.

7. unde  
festinandum nobis est  
ut a paucis ac rarissimis  
sumamus exempla uirtutum,  
quia  
secundum illam quam diximus figuram  
in euangelio quoque  
multi uocati,  
pauci autem dicuntur electi.

nihil ergo  
nobis proderit  
abrenuntiatio corporalis  
et localis quodammodo ex Aegypto transmigratio,

Wij zouden dezelfde veroordeling oplopen  
als zij  
die in de woestijn  
na het hemels manna  
de walgelijke  
en armzalige  
spijsen van de ondeugd  
verlangden;  
en wij zouden morren  
zoals zij:  
*Wij hadden het goed in Egypte,  
waar wij bij de vleespotten zaten,  
waar wij  
uien  
en knoflook aten,  
en komkommers  
en meloenen (Num. 11,18; Ex. 16,3; Num.  
11,5).*

6. Dit alles  
is bij dat volk  
als een voorafboeiing geschied.  
Maar we zien het nu  
nog dagelijks  
in de kringen van onze staat  
vervuld worden.

Want eenieder  
die na zijn verzaking aan de wereld  
tot zijn oude neigingen  
en vroegere verlangens terugkeert,  
roept  
door zijn daden en gedachten  
datzelfde  
met hen uit:  
*Ik had het goed in Egypte.*

Ik vrees  
dat dezulken even talrijk zullen zijn  
als de menigten afvalligen  
toen onder Mozes.

Ofschoon zeshonderddrieduizend gewapenden  
geteld werden bij de uittocht uit Egypte  
zijn er slechts twee  
het land van belofte ingegaan.

7. Daarom dus  
moeten wij ons haasten  
een voorbeeld te nemen aan de deugden  
van de weinigen, van het zeer kleine getal;  
want  
overeenkomstig de verhaalde voorafbeelding  
heet het ook in het evangelie (vgl. Mt. 22,14):  
Velen geroepen,  
weinigen uitverkoren.

si renuntiationem cordis  
quae sublimior et utilior est  
non ualuerimus similiter obtinere.

de illa enim qua diximus  
abrenuntiatione corporali  
ita pronuntiauit apostolus:  
*si distribuero omnes facultates meas  
in cibos pauperum,  
et tradidero corpus meum ut ardeam,  
caritatem autem non habuero,  
nihil mihi prodest.*

8. quod beatus apostolus numquam dixisset,  
nisi quia  
futurum spiritu praeuidebat,  
ut aliqui  
facultatibus uniuersis  
in pauperum alimenta dispersis  
ad perfectionem euangelicam  
et caritatis arduum culmen  
peruenire non possent,  
quia scilicet  
pristina uitia  
morum que incontinentiam  
uel superbia  
uel impatientia dominante  
in suis cordibus retinentes  
nequaquam se  
ab illis expurgare curarent  
et ob id  
ad caritatem dei  
quae numquam cadit  
minime peruenirent.

9. qui utique  
inferiores effecti  
hoc secundo renuntiationis gradu  
multo minus  
illum tertium  
qui procul dubio est sublimior  
adprehendunt.

diligentius tamen  
etiam hoc  
mente perpendite,  
quod non simpliciter dixerit  
*si distribuero facultates meas.*

uideretur enim  
de illo forte dixisse,  
qui necdum euangelicum implens mandatum  
adhuc sibi ex eis,  
sicut nonnulli tepidorum faciunt,  
aliquid reseruasset.

sed  
*si distribuero*  
inquit,  
*omnes facultates meas  
in cibos pauperum,*

Een louter lichamelijke verzaking,  
een uitwendig verlaten van Egypte,  
zal ons dus  
niets baten,  
zo wij niet daarbij,  
wat hoger en nuttiger is,  
met het hart weten te verzaken.

Over die  
lichamelijke verzaking  
spreekt de Apostel aldus:  
*Al geef ik mijn hele vermogen  
tot spijs voor de armen  
en al lever ik mijn lichaam over aan de  
vuurdood,  
als ik de liefde niet heb,  
baat het mij niets (1Kor. 13,3).*

8. Dit zou de zalige Apostel nooit gezegd hebben  
als hij niet  
in de geest had voorzien,  
hoe sommigen,  
na al hun goederen  
tot spijs voor de armen te hebben uitgedeeld,  
de evangelische volmaaktheid  
en de moeilijke top van de liefde  
niet zouden vermogen te bereiken,  
doordat zij  
hun vroegere ondeugden  
en onbeheerstheid,  
hetzij uit hoogmoed  
hetzij uit ongeduld,  
in hun hart laten voortbestaan  
en zich niet in het minst  
daarvan trachten te zuiveren,  
waardoor zij  
Gods liefde,  
die nooit vergaat,  
niet bereiken.

9. Zij blijven duidelijk  
beneden  
de tweede graad van verzaking,  
en bereiken dus  
nog veel minder  
de derde,  
die zonder twijfel hoger is.

Let er  
bij dit alles  
ook op,  
dat de Apostel niet eenvoudig heeft gezegd:  
*Al geef ik mijn vermogen.*

Want dan had het de schijn kunnen hebben,  
dat hij gesproken had over degene  
die niet eens het gebod van het evangelie  
volbrengt, maar een gedeelte  
voor zich behoudt,  
zoals sommige lauwen doen.

id est  
etiamsi perfecte  
abrenuntiauero  
diuitiis istis terrenis.

10. huic quoque renuntiationi  
aliud maius adiunxit:  
*et tradidero corpus meum  
ut ardeam,  
caritatem uero non habuero,  
nihil sum,*

ac si  
aliis uerbis  
dixisset:  
si distribuero  
in cibos pauperum  
omnes facultates meas  
secundum euangelicum illud mandatum  
quo dicitur:  
*si uis perfectus esse,  
uade,  
uende omnia quae habes  
et da pauperibus,  
et habebis thesaurum in caelo,*

ita scilicet abrenuntians,  
ut ex his nihil penitus  
mihi reseruem,  
et huic erogationi  
martyrium  
exustione meae carnis  
adiunxero,  
ita ut corpus meum tradam pro Christo,  
et tamen  
uel inpatiens  
uel iracundus  
uel inuidus  
uel superbus sim  
uel aliorum inflammer iniuriis  
uel quaeram quae mea sunt  
uel ea quae mala sunt cogitem  
uel uniuersa quae mihi possunt inferri  
non patienter libenter que sustineam,

11. nihil mihi proderit  
exterioris hominis  
abrenuntiatio atque combustio  
interiore adhuc  
uitiis pristinis  
inuoluto,  
eo quod  
simplicem substantiam mundi huius  
primae conuersionis feruore  
contemnens,  
quae nec bona esse nec mala,  
sed media definitur,  
uitiosi cordis  
noxias facultates  
similiter abicere  
non curarim  
nec adtingi

Neen,  
hij heeft gezegd:  
*Al geef ik  
mijn hele vermogen  
tot spijs voor de armen,*  
dat is,  
al verzaak ik  
volledig  
aan de aardse rijkdom.

10. En aan deze verzaking  
voegt hij nog iets groters toe:  
*Al lever ik mijn lichaam over  
aan de vuurdood:  
als ik de liefde niet heb,  
ben ik niets.*

Het is, als had hij  
met andere woorden  
gezegd:

*Al geef ik  
mijn hele vermogen  
tot spijs voor de armen,  
overeenkomstig het gebod van het evangelie  
dat luidt:*

*Zo gij volmaakt wilt zijn,  
ga,*

*verkoop al wat ge bezit  
en geef het aan de armen,  
en gij zult een schat in de hemel bezitten  
(Mt. 19,21), zó volledig verzakend*

dat ik niets, volstrekt niets  
voor mijzelf behoud:  
en al voeg ik  
aan dat wegschenken  
nog het martelaarschap toe  
door de vuurdood  
zodat ik mijn lichaam overlever voor Christus:  
zo ik daarbij evenwel  
ongeduldig,  
driftig,  
afgunstig,  
hoogmoedig ben  
en beledigingen mij doen branden,  
zo ik mijzelf zoek  
of het kwade denk,  
of niet geduldig en gaarne alles verdraag  
wat men mij aan kan doen:

11. dan baat de verzaking en verbranding  
van de uitwendige mens  
mij niets,  
zolang de inwendige nog  
in zijn oude ondeugden  
is verstrikt.  
Ik heb dan wel  
de dingen zonder meer van deze wereld

veracht,  
die niet goed en niet kwaad zijn

dominicam caritatem,  
*quae patiens,  
quae benigna est,  
quae non aemulatur,  
non inflatur,  
non inritatur,  
non agit perperam,  
non quaerit quae sua sunt,  
non cogitat malum,  
quae omnia suffert,  
omnia sustinet,*

postremo  
quae sectatorem suum  
numquam cadere sinit  
subplantatione peccati.

VIII. DE PROPRIIS DIVITIIS, IN QUIBUS CONSISTIT  
ANIMAE PULCHRITUDO VEL FOEDITAS

1. Festinare igitur  
omni debemus instantia,  
ut interior quoque noster homo  
uitiorum suorum  
diuitias  
quas in anteriore conuersatione contraxit  
uniuersas  
abiciat  
atque dispergat.

quae  
corpori atque animae iugiter cohaerentes  
propriae nostrae sunt,  
ac nisi  
adhuc in hoc corpore constitutis  
nobis  
abiectae fuerint  
et abscisae,  
post excessum  
nos  
non desinent comitari.

ut enim  
uirtutes  
uel ipsa caritas,  
quae earum fons est,  
in hoc saeculo conquisita  
post finem quoque huius uitae  
pulchrum ac splendidum  
amatorem suum  
reddit,  
ita uitia  
ad illam perennem commorationem  
obfuscata  
mentem  
quodammodo coloribus taetris  
infectam que

maar onverschillig,  
doch ik heb verzuimd  
mij van de kwalijke rijkdom  
van een boos hart  
te ontdoen  
en de goddelijke liefde  
te bereiken,  
*die geduldig is,  
die goedertieren is,  
die niet afgunstig is,  
niet verwaand,  
niet toornig wordt,  
niet onedel handelt,  
het zijne niet zoekt  
en het kwade niet denkt,  
die alles verdraagt  
en alles uithoudt (1Kor. 13,4-7),*  
die, ten slotte,  
haar getrouwen  
nimmer laat vallen  
in de strik van de zonde.

8. DE EIGEN RIJKDOM VAN DE ZIEL, WAARDOOR ZIJ  
SCHOON OF LELIJK IS

1. Wij moeten er dus  
ten zeerste voor ijveren  
dat onze inwendige mens  
de rijkdom  
aan ondeugden  
die hij in zijn vroeger leven heeft opgedaan,  
  
spoedig weer afwerpt  
en doet verdwijnen.

Hardnekkig verbonden aan ziel en lichaam  
is deze werkelijk ons eigendom,  
en zo wij  
hem  
niet wegwerpen  
en van ons afsnijden  
terwijl wij nog in het lichaam zijn,  
zal hij ook na de dood  
niet ophouden  
ons te vergezellen.

Zoals immers  
de nu verworven  
deugden,  
en vooral de liefde  
die er de bron van is,  
ook na dit leven  
haar minnaar  
schoonheid en luister  
verlenen,  
zo zullen de ondeugden  
de geest  
ontluisterd  
en als met afzichtelijke kleuren  
bedekt  
naar dat eeuwig verblijf

transmittunt.

2. Pulchritudo enim  
vel deformitas animae  
virtutum seu vitiorum gignitur qualitate,  
ex quibus quidam adtractus color  
aut ita eam splendidam reddit,  
ut a propheta mereatur audire:

*et concupiscet rex  
decorem tuum,*

aut certe atram,  
foetidam  
atque deformem,  
ita ut foetorem propriae turpitudinis  
ipsa confiteatur  
et dicat:

*conputruerunt et corruptae sunt  
cicatrices meae,  
a facie insipientiae meae,*

et ipse dominus ad eam

*quare, inquit,  
non est obducta  
cicatrix filiae populi mei?*

3. et idcirco  
hae  
sunt propriae nostrae diuitiae,  
quae cum anima iugiter conmorantur,  
quas nobis  
nullus regum,  
nullus hostium  
nec conferre poterit  
nec auferre.

hae  
sunt propriae diuitiae nostrae,  
quas ne ipsa quidem mors  
ualebit ab anima separare,  
quibus  
uel renuntiantes  
ad perfectionem possumus peruenire  
uel inligati  
aeterna morte multari.

#### IX. DE TRIPERTITO GENERE DIVITIARUM

1. Tripertito enim modo  
in scripturis sanctis  
intelleguntur diuitiae,  
id est malae,  
bonae,  
mediae.

et malae quidem sunt  
de quibus dicitur:

*diuites eguerunt  
et esurierunt,*

et:

*uae uobis, diuites,*

vervoeren.

2. De schoonheid  
of lelijkheid van de ziel  
komt voort uit haar deugd of ondeugd.  
Zij krijgt daardoor òf een kleur  
die haar zo schitterend maakt  
dat zij van de profeet mag horen:

*En de Koning zal  
uw schoonheid begeren (Ps. 45,12);*

òfwel een zwarte,  
een walgelijke,  
een zo afzichtelijke  
dat zij zelf bekent  
van haar eigen vuil te walgen  
en zegt:

*Mijn wonden  
zijn verrot en bedorven,  
vanwege mijn verdwazing (Ps. 37,6).*

En de Heer zelf zegt haar:

*Waarom  
is de wond van de dochter van mijn volk  
niet verbonden? (Jer. 8,22).*

3. Dit  
is dus  
onze eigen rijkdom;  
hij vergezelt de ziel voortdurend;  
geen koning,  
geen vijand  
kan hem ons  
geven  
of ontnemen.

Dit  
is onze eigen rijkdom  
waarvan zelfs de dood  
ons niet kan scheiden.  
Als wij  
eraan verzaken,  
zullen wij de volmaaktheid bereiken;  
blijven wij eraan gebonden,  
dan worden we met de eeuwige dood gestraft.

#### 9. DE DRIE SOORTEN RIJKDOM

1. In drie betekenissen  
wordt in de heilige Schrift  
het woord rijkdom gebruikt:  
slechte,  
goede  
en onverschillige.

Slecht is de rijkdom  
waarvan gezegd wordt:

*De rijken leden gebrek  
en honger (Ps. 34,11),*

en:

*Wee u, rijken,*

*quia recepistis  
consolationem uestram.  
quas etiam diuitias abiecisse  
summa perfectio est.*

ad quarum distinctionem  
pauperes illi sunt  
qui in euangelio  
domini uoce laudantur:  
*beati pauperes spiritu,  
quoniam ipsorum est  
regnum caelorum,*  
et in psalmo:  
*iste pauper clamauit,  
et dominus exaudiuit eum,*  
et iterum:  
*pauper et inops  
laudabunt nomen tuum.*

2. sunt etiam bonae,  
quas adquisisse  
magnae uirtutis ac meriti est,  
quas uir iustus possidens  
conlaudatur dicente Dauid:  
*generatio rectorum  
benedicetur.  
gloria et diuitiae in domo eius:  
et iustitia eius manet  
in saeculum saeculi,*  
et iterum:  
*redemptio animae  
uiri propriae diuitiae.*

de quibus diuitiis  
in Apocalypsi dicitur ad illum  
qui eas non habens  
uituperabiliter pauper et nudus est:  
*incipiam te, inquit,  
euomere ex ore meo.  
quia dicis quod diues sum  
et locuples  
et nullius egeo,  
et nescis  
quia tu es miser  
et miserabilis  
et pauper  
et caecus  
et nudus,  
suadeo tibi  
emere a me aurum  
ignitum probatum  
ut locuples fias,  
et uestimentis albis induaris  
et non appareat  
confusio nuditatis tuae.*

3. sunt quoque mediae,  
id est quae possunt

*want ge hebt uw troost  
al ontvangen (Lc. 6,24).*  
Aan deze rijkdom verzaakt te hebben,  
is de hoogste volmaaktheid.

Een tegenstelling daarmee  
vormen de armen  
die in het evangelie  
door de stem van de Heer geprezen worden:  
*Zalig de armen van geest,  
want aan hen behoort  
het rijk der hemelen (Mt. 5,3);*  
en in de psalm:  
*Deze arme riep  
en de Heer heeft hem verhoord (Ps. 34,7),*  
en:  
*De arme en behoeftige  
zullen uw naam loven (Ps. 74,21).*

2. Er is ook een goede rijkdom,  
en deze te hebben verworven  
betekent grote deugd en hoge verdienste.  
De rechtvaardige die hem bezit,  
wordt door David geprezen, die zegt:  
*Het geslacht der rechtvaardigen  
zal gezegend worden.  
Eer en rijkdom bewonen zijn huis,  
en zijn gerechtigheid houdt  
in eeuwigheid stand (Ps. 112,2-3).*  
Eveneens:  
*De rijkdom van een man  
is de losprijs voor zijn leven (Spr. 13,8).*

Over deze rijkdom  
wordt ook in de Apokalyps gesproken,  
waar degene die hem niet heeft,  
om zijn armoede en naaktheid wordt gelaakt:  
*Ik zal u  
uitspuwen uit mijn mond.  
Gij zegt: Ik ben rijk,  
ik heb overvloed  
en heb aan niets gebrek;  
en ge beseft niet,  
dat ge ellendig zijt  
en erbarmelijk,  
arm,  
blind  
en naakt.  
Ik raad u aan  
goud van Mij te kopen,  
door vuur gelouterd,  
om rijk te worden  
en u met witte kleren te bekleden  
opdat de schande van uw naaktheid  
niet aan de dag komt (Op. 3,16-18).*

3. Ten slotte is er de onverschillige rijkdom,  
dat wil zeggen,

uel bonae esse  
uel malae.  
ad utramque enim partem  
pro arbitrio uel qualitate  
uentium  
transferuntur.

de quibus  
beatus apostolus  
*diuitibus, ait, mundi huius  
praecipe non sublime sapere,  
nec sperare in incerto diuitiarum,  
sed in deo  
qui praestat nobis abunde omnia ad fruendum,  
bene facere,  
facile tribuere,  
communicare,  
thesaurizare sibi  
fundamentum bonum in futurum,  
ut adprehendant  
ueram uitam.*

quas iterum  
diues ille in euangelio retinens  
ac nequaquam indigentibus subministrans,  
de cuius micis satiari  
pauper Lazarus  
ante fores eius expositus  
cupiebat,  
intolerandis gehennae ignibus  
et aeterno deputatur ardori.

X. NON POSSE QUEMQUAM PRIMO TANTUM  
RENUNTIATIONIS GRADU ESSE PERFECTUM

1. Has igitur  
uisibiles mundi diuitias  
relinquentes  
non nostras,  
sed alienas abicimus facultates,  
quamuis eas gloriemur  
uel nostro labore  
quaesitas  
uel parentum ad nos hereditate  
transmissas.

nihil enim ut dixi  
nostrum est  
nisi hoc tantum,  
quod corde possessum  
atque animae nostrae cohaerens  
a nemine potest prorsus auferri.

de illis autem uisibilibus diuitiis  
ad eos,  
qui illas tamquam proprias retinentes  
communicare indigentibus nolunt,  
increpans loquitur Christus:  
*si in alienis*

die zowel goed  
als kwaad kan zijn.  
Naar beide kanten  
kan hij gaan,  
naargelang de wil en de gesteltenis  
van wie hem gebruikt.

Hiervan  
zegt de zalige Apostel:  
*Vermaan de rijken van deze wereld  
niet hoogmoedig te zijn  
en hun hoop niet te stellen op de ongewisse  
rijkdom, maar op God,  
die ons alles rijkelijk te genieten geeft.  
Zeg hun dat zij goed moeten doen,  
vrijgevig  
en mededeelzaam zijn;  
dan verzamelen zij  
een schat voor de toekomst, grondslag  
waarop zij het ware leven  
bereiken (1Tim. 6,17-19).*

Deze rijkdom ook  
hield de rijke van het evangelie voor zich  
zonder iets te geven aan de noodlijdenden,  
terwijl de arme Lazarus  
neerlag aan zijn deur  
en begerig was  
zijn honger met de kruimels te stillen:  
hij werd overgeleverd aan het ondraaglijke  
hellevuur en de eeuwige gloed (Lc. 16,19 e.v.).

10. NIEMAND KAN DOOR DE EERSTE VERZAKING  
ALLEEN VOLMAAKT ZIJN

1. Als wij dus  
de zichtbare rijkdom van de wereld  
verlaten,  
doen we geen afstand van eigen goed,  
maar van dat van anderen  
- al roemen wij er ook op  
dat wij hem door eigen inspanning  
verworven hebben  
of van onze ouders  
geërfd.

Niets immers, zoals ik zei,  
is van ons  
tenzij datgene  
wat door ons hart wordt bezeten  
en aan onze ziel is gebonden,  
wat niemand ons kan ontnemen.

Tot hen  
die de zichtbare rijkdom  
voor zich houden als was het hun eigendom  
en er niet van willen meedelen aan de  
noodlijdenden, zegt Christus verwijtend:  
*Als gij in het goed van een ander*

*fideles non fuistis,  
quod uestrum est  
quis dabit uobis?*

euidenter igitur  
has diuitias alienas esse  
non solum cotidiana experientia docet,  
uerum etiam sententia domini  
ipsa appellatione signauit.

2. de inuisibilibus uero  
pessimis que diuitiis  
loquitur Petrus ad dominum:  
*ecce nos reliquimus omnia  
et secuti sumus te:  
quid ergo erit nobis?*

quos utique  
nihil amplius  
quam uilissima conscissa que retia  
certum est dimisisse.

quae *omnia*  
nisi in hac abrenuntiatione uitiorum  
quae uere magna et summa est  
fuerint intellecta,  
nec pretiosum aliquid inueniemus  
apostolos reliquisse,  
nec dominum habuisse  
propter quod illis  
tantam beatitudinis gloriam  
largiretur,  
ut ab eodem mererentur audire:  
*in regeneratione,  
cum sederit filius hominis  
in sede maiestatis suae,  
sedebitis et uos  
super sedes duodecim  
iudicantes  
duodecim tribus Israhel.*

3. si igitur hi,  
qui perfecte  
terrenas istas uisibiles que  
abdicant facultates,  
certis ex causis  
ad illam apostolicam caritatem  
peruenire non possunt  
nec illum sublimiorem  
paucorum que admodum  
renuntiationis tertium gradum  
expedito queunt uigore  
conscendere,  
quid illi  
de semet ipsis iudicare debebunt,  
qui nec primam quidem  
quae perfacilis est  
perfecte adripientes  
atque antiquas pecuniarum suarum sordes  
cum infidelitate pristina retentantes  
nudo tantum sibimet autumant  
monachorum uocabulo

*niet trouw zijt geweest,  
wie zal u dan  
het uwe geven? (Lc. 16,12).*

Dat deze rijkdom duidelijk van anderen is  
leert dus  
niet alleen de dagelijkse ervaring:  
ook de uitspraak van de Heer  
zegt het met evenzoveel woorden.

2. Over de onzichtbare  
slechte rijkdommen  
zegt Petrus tot de Heer:  
*Zie, wij hebben alles verlaten  
en zijn U gevolgd,  
wat zullen wij dus krijgen? (Mt. 19,27).*

En zij  
verlieten  
toch niet meer  
dan wat armzalige gescheurde netten.

Wanneer wij dat *alles*  
niet verstonden  
van dit verzaken aan de ondeugd,  
hetgeen pas waarlijk groot en hoogstaand is,  
dan was er niets kostbaars te vinden  
dat de apostelen zouden hebben verlaten  
en zouden wij de reden niet zien  
waarom de Heer hun  
een zó grote glorie en zaligheid  
toekende,  
dat zij van Hem mochten horen:  
*Bij de wedergeboorte,  
wanneer de Mensenzoon zal zetelen  
op de troon zijner heerlijkheid,  
zult ook gij zetelen  
op twaalf tronen  
en oordelen  
over de twaalf stammen van Israël (Mt. 19,28).*

3. Indien nu degenen  
die volkomen  
afstand doen  
van de aardse zichtbare goederen,  
soms door bepaalde oorzaken  
niet vermogen  
de liefde der apostelen te bereiken  
en met een door niets weerhouden kracht  
op te klimmen  
tot de hoge  
derde graad van verzaking,  
waartoe slechts weinigen komen:  
wat moeten zij dan  
niet van zichzelf denken  
die nog niet eens de eerste verzaking,  
die zo gemakkelijk is,  
ten volle uitvoeren  
en het oude slijk van hun geld  
mèt de ontrouw van hun vroeger leven behouden,  
die menen

gloriandum?

4. ergo

prima quam diximus abrenuntiatio  
rerum alienarum est  
ideo que  
per se solam  
perfectionem renuntianti conferre  
non sufficit,  
nisi peruenerit ad secundam,  
quae uere  
abrenuntiatio rerum nostrarum est.

quam adepti  
expulsione omnium uitiorum  
tertia quoque abrenuntiationis fastigia  
conscendemus,  
per quam  
non solum omnia  
quae in hoc mundo geruntur  
uel particulatim ab hominibus possidentur,  
uerum etiam  
ipsam cunctorum elementorum plenitudinem,  
quae putatur esse magnifica,  
tamquam uanitati subiectam  
et mox transituram  
transcendentes  
animo ac mente despiciamus,  
intuentes dumtaxat  
secundum apostolum  
*non ea quae uidentur  
sed quae non uidentur:  
quae enim uidentur, temporalia sunt,  
quae autem non uidentur, aeterna,*  
ut ita demum  
illud supremum mereamur audire  
quod dicitur ad Abraham:  
*et ueni in terram,  
quam tibi monstrauero.*

5. per quod

euidenter ostenditur,  
quod  
nisi quis  
tres superiores illas abrenuntiationes  
omni inpleuerit mentis ardore,  
ad quartum hoc peruenire non possit,  
quod remunerationis ac praemii uice  
perfecte renuntianti  
tribuitur,  
ut terram repromissionis  
mereatur intrare  
nequaquam sibi iam  
uitiorum spinas ac tribulos  
germantem:  
quae post expulsionem passionum cunctorum  
puritate cordis  
in hoc corpore possidetur,  
quam non uirtus  
uel industria laborantis,

op de loutere náám van monnik  
te mogen roemen.

4. De eerste verzaking

geldt dus  
het goed van anderen  
en daarom  
kan zij  
op zich  
de volmaaktheid niet schenken,  
tenzij men ook de tweede bereikt,  
waardoor men eerst werkelijk  
aan eigen goed verzaakt.

Wanneer wij deze bereikt hebben  
door alle ondeugd te verdrijven,  
zullen we opklimmen  
tot de toppen van de derde verzaking.  
Hierdoor  
verheffen we ons  
en verachten we met hart en ziel  
niet alleen al  
wat er in de wereld gedaan wordt  
en wat de mensen persoonlijk bezitten,  
maar zelfs  
de heerlijk schijnende dingen van de natuur  
in al hun volheid  
als onderworpen aan de ijdelheid  
en spoedig voorbijgaand.  
Wij kijken dan,  
naar het woord van de Apostel,  
*niet naar het zichtbare,  
maar naar het onzichtbare;  
het zichtbare toch is tijdelijk,  
het onzichtbare eeuwig* (2Kor. 4,18);  
om zo ten slotte  
dat hoogste te mogen horen,  
dat tot Abraham werd gezegd:  
*En kom naar het land  
dat Ik u tonen zal* (Gen. 12,1).

5. Hiermede

wordt duidelijk aangetoond  
dat  
al wie niet vooraf  
de drie verzakingen  
met al de vurigheid van zijn ziel volbrengt,  
niet tot dit vierde kan komen  
dat als beloning en prijs  
aan hem die volledig verzaakt,  
wordt geschonken:  
dat hij namelijk het land der beloften  
mag binnengaan,  
dat geen  
distels en doornen van ondeugd  
meer voortbrengt,  
dat men, na verdrijving van alle hartstochten,  
door een zuiver hart  
in dit leven bezit,  
dat niet de deugd

sed ipse dominus  
ostensurum se esse promittit  
*et ueni, inquam, in terram,  
quam tibi monstrauero.*

6. per quod  
manifeste probatur  
et initium salutis nostrae  
domini uocatione  
fieri  
dicentis:  
*exi de terra tua,  
et consummationem  
perfectionis ac puritatis  
ab eodem  
similiter tribui,  
cum dicit:  
*et ueni in terram,  
quam tibi monstrauero,*  
id est  
non quam tu  
ex temet ipso nosse  
uel industria tua ualeas reperire,  
sed quam ego tibi  
non solum ignorantibus,  
sed etiam non inquirentibus  
monstrauero.*

ex quo  
manifeste colligitur,  
quod  
quemadmodum inspiratione domini prouocati  
ad uiam salutis adcurrimus,  
ita etiam magisterio ipsius et inluminatione deducti  
ad perfectionem summam beatitudinis  
peruenimus.

#### XI. INTERROGATIO DE LIBERO ARBITRIO HOMINIS ET GRATIA DEI

Germanus:

In quo ergo liberum consistit arbitrium  
nostrae que quod laudabiles sumus  
reputatur industriae,  
si deus in nobis  
omnia quae ad nostram perfectionem pertinent  
et incipit  
et consummat?

#### XII. RESPONSIO DE DISPENSATIONE DIUINAE GRATIAE MANENTE ARBITRII LIBERTATE

1. Pafnutius:

Hoc uos recte mouisset,  
si in omni opere uel disciplina  
principium tantum esset ac finis  
et non etiam quaedam medietas interesset.

of de inspanning van de werker doet vinden  
maar dat de Heer zelf  
beloofd heeft te zullen tonen, zeggend:  
*Kom naar het land  
dat Ik u tonen zal.*

6. Hiermee  
wordt duidelijk bewezen,  
dat zowel het begin van ons heil  
door de roeping van de Heer  
tot stand komt,  
die zegt:  
*Trek weg uit uw land,*  
als ook dat de voltooiing  
in de volmaaktheid en zuiverheid  
door Hem  
wordt geschonken,  
wanneer Hij zegt:  
*Kom naar het land  
dat Ik u tonen zal.*

Niet uit uzelf  
kunt gij dit kennen  
noch door eigen inspanning vinden,  
maar Ik zal het u  
tonen,  
die het niet kent  
en zelfs niet zoekt.

Duidelijk  
is het dus  
:

zoals wij door 's Heren ingeving  
de weg van het heil zijn opgegaan,  
zo komen wij ook door zijn leiding en verlichting  
tot de voleinding in het hoogste geluk.

#### 11. VRAAG OVER DE VRIJE WIL VAN DE MENS EN DE GENADE VAN GOD

Germanus:

Waarin bestaat dan de vrije wil?  
Hoe wordt het dan aan onze inspanning  
toegekend,  
dat wij een loffelijk leven leiden,  
indien God in ons  
alles wat onze volmaaktheid betreft,  
zowel begint  
als voltooit?

#### 12. ANTWOORD: IN HET BESTEL VAN GODS GENADE BLIJFT DE VRIJHEID VAN DE WIL

1. Pafnutius:

Dit zou u terecht in beweging hebben gebracht,  
als er bij al wat gedaan of geleerd wordt,  
slechts een begin en een einde zou zijn,  
en niet ook nog een zeker midden daartussen.

itaque  
sicut occasiones salutis  
diuersis modis  
deum cognoscimus operari,  
ita nostrum est  
occasionibus a diuinitate concessis  
uel enixius  
uel remissius famulari.

nam  
sicut dei fuit  
uocantis oblatio  
*exi de terra tua,*  
ita Abrahae fuit  
exeuntis oboedientia,  
et quemadmodum illud quod dicitur  
*et ueni in terram*  
ut fiat  
obtemperantis est opus,  
ita illud quod additur  
*quam tibi monstrauro*  
iubentis dei vel promittentis  
est gratia.

2. certos tamen esse  
nos conuenit,  
quod  
omnem uirtutem  
indefessis conatibus exercentes  
nequaquam  
diligentia uel studio nostro  
perfectionem  
possimus adtingere  
nec sufficiat humana sedulitas  
laborum merito  
ad tam sublimia beatitudinis praemia  
peruenire,  
nisi ea domino  
nobis cooperante  
et cor nostrum ad id quod expedit dirigente  
fuerimus indepti.

ideo que  
debemus  
cum Daudid orantes  
momentis singulis dicere:  
*perfice gressus meos in semitis tuis:  
ut non moueantur uestigia mea,*  
et:  
*statuit super petram pedes meos:  
et direxit gressus meos,*  
ut  
nostrum arbitrium,  
quod procluius  
uel ignorance boni  
uel oblectatione passionum  
fertur ad uitia,  
ille inuisibilis rector  
mentis humanae  
ad uirtutum potius studia retorquere

Zoals God op verschillende manieren  
de gelegenheid schenkt  
om tot het heil te komen,  
zo is het aan ons  
om aan de door God geboden kansen  
met ijver te beantwoorden  
dan wel met laksheid.

Zoals God  
riep en voorstelde  
*Trek weg uit uw land,*  
zo gehoorzaamde Abraham  
en trök weg;  
en zoals de woorden  
*kom naar het land*

wijzen op het werk van hem die gehoorzaamt,  
zo duidt hetgeen volgt,  
*dat Ik u tonen zal,*  
op de genade van God  
die het bevel gaf en de belofte deed.

2. Laten wij  
er evenwel zeker van zijn,  
dat wij  
ondanks onvermoeibare toeleg  
op alle deugden  
de volmaaktheid  
nooit  
door eigen inspanning en ijver  
kunnen bereiken  
en dat menselijke activiteit  
de hoge prijs der zaligheid  
niet door eigen inspanning  
vermag te verwerven,  
tenzij de Heer  
met ons medewerkt  
en ons hart naar het goede leidt.

Daarom  
moeten wij  
eik ogenblik  
met David bidden:  
*Bevestig mijn schreden op uw paden,  
opdat mijn voeten niet wankelen (Ps. 17,5);*  
en:  
*Hij plaatste mijn voeten op de rots,  
en Hij heeft mijn schreden gericht (Ps. 40,3);*  
opdat  
de onzichtbare Bestuurder  
van de menselijke geest  
zich gewaardigt  
onze wil,  
die tot het kwade  
geneigd is  
omdat hij het goede niet kent  
of door de hartstocht wordt verlost,

dignetur.

3. quod  
uno uersiculo per prophetam  
manifestissime legimus decantari:

*impulsus uersatus sum  
ut caderem:*

in quo  
liberi arbitrii infirmitas  
designatur.

*et dominus suscepit me:*

rursum  
adiutorium domini  
iunctum eidem semper  
ostenditur,  
quo,  
ne penitus libero conlabamur arbitrio,  
cum titubasse nos uiderit,  
porrectione quodammodo manuum suarum  
sustentat atque confirmat.

et iterum:

*si dicebam:  
motus est pes meus:*

lubrica scilicet arbitrii facultate,  
*miseriordia tua domine  
adiuuabat me.*

iterum  
mobilitati suae  
dei coniungit auxilium,  
quia,  
ne moueretur  
pes fidei suae,  
non industriae propriae fuisse,  
sed misericordiae domini  
confitetur.

4. et iterum:

*secundum multitudinem dolorum meorum  
in corde meo,  
qui libero utique  
mihi nascebantur arbitrio,  
consolationes tuae  
laetificauerunt animam meam:*

per tuam scilicet inspirationem  
uenientes in cor meum  
et reserantes contemplationem  
futurorum bonorum,  
quae pro tuo nomine laborantibus  
praeparasti,  
non solum abstulerunt  
omnem anxietatem cordis mei,  
uerum etiam summam laetitiam  
contulerunt.

et rursum:

*nisi quia dominus adiuuit me:  
paulo minus  
habitauerat in inferno  
anima mea.*

weer naar de liefde voor de deugd te keren.

3. Beide dingen  
lezen we  
in één vers van de profeet:

*Ik ben geslagen en gestoten  
om te vallen:*

hier wordt  
de zwakheid van de vrije wil  
aangeduid;  
*maar de Heer heeft mij gestut* (Ps. 118,13):  
dat is  
de hulp die de Heer  
hem voortdurend schenkt.

Opdat wij niet  
door onze vrije wil totaal te gronde gaan,  
reikt de Heer ons, zodra Hij ons ziet wankelen,  
als het ware de hand  
om ons vast te houden en te steunen.

Elders zegt de profeet:

*Als ik zei:  
mijn voet wankelt:*

door de onbestendigheid namelijk van de wil  
*kwam uw barmhartigheid, Heer,  
mij te hulp* (Ps. 94,18).

Opnieuw  
verbindt hij met zijn eigen onbestendigheid  
de hulp van God:

hij belijdt  
dat de voet van zijn geloof  
niet door zijn eigen werkzaamheid  
onwankelbaar bleef,  
maar door de barmhartigheid van de Heer.

4. En nogmaals zegt hij:

*Naar de maat van de benauwenissen  
in mijn hart  
die gewis uit mijn vrije wil  
waren voortgekomen  
hebben uw vertroosting  
mijn ziel verblijd* (Ps. 94,19).

Door uw instorting  
kwamen zij in mijn hart  
en, de beschouwing ontsluitend  
van het toekomstig goed  
dat Gij hùn hebt bereid  
die lijden voor uw naam,  
namen zij niet alleen  
elke angst weg uit mijn hart,  
maar schonken mij  
zelfs de grootste vreugde.

En wederom:

*Als de Heer mij niet had geholpen,  
had mijn ziel  
welhaast  
in de onderwereld gewoond* (Ps. 94,17).

liberi utique arbitrii prauitate  
in inferno se habitaturum fuisse  
testatur,  
nisi domini fuisset  
adiutorio ac protectione  
saluatus.

5. *a domino*

enim:

non a libero arbitrio,

*gressus hominis diriguntur,  
et cum ceciderit iustus:*

libero dumtaxat arbitrio,  
*non conlidetur.*

quapropter?

*quia dominus*

*subponit manum suam.*

hoc est  
apertissime dicere:  
nullus iustorum  
sibi sufficit  
ad obtinendam iustitiam,  
nisi  
per momenta singula titubanti  
ei  
et conruenti  
fulmenta manus suae  
subposuerit  
diuina clementia,  
ne  
prostratus  
intereat penitus,  
cum fuerit liberi arbitrii infirmitate  
conlapsus.

XIII. QUOD DIRECTIO UIAE NOSTRAE EX DEO SIT

Nec sane umquam  
uiri sancti  
directionem uiae qua gradiebantur  
ad profectum uirtutum  
consummationem que  
tendentes  
industria se propria obtinuisse  
testati sunt,  
sed eam potius a domino precabantur  
dicentes:

*dirige me  
in ueritate tua,*

et:

*dirige in conspectu tuo  
uiam meam.*

alius autem  
non solum fide,  
sed etiam experimento  
et quodammodo in ipsa rerum natura  
hoc ipsum se deprehendisse

Hij getuigt dus  
dat hij door de boosheid van zijn vrije wil  
in de onderwereld zou hebben gewoond,  
zo hij niet door 's Heren  
hulp en bescherming  
was gered.

5. Immers

*door de Heer:*

niet door de vrije wil,

*worden de schreden van de mens gericht;  
en wanneer de rechtvaardige valt:*

namelijk door zijn vrije wil,

*zal hij niet worden verpletterd.*

Waarom?

*Omdat de Heer*

*ondersteunt met zijn hand (Ps. 37,23-24).*

Dat is  
duidelijk zeggen:  
Geen enkele rechtvaardige  
kan uit zichzelf  
de rechtvaardigheid verwerven,  
tenzij  
Gods barmhartigheid  
hem  
bij zijn wankelen  
en vallen  
met haar hand  
ondersteunt,  
opdat hij,  
na door de zwakheid van zijn vrije wil  
te zijn gestruikeld,  
niet geheel neervalt  
en ten onder gaat.

13. DE LEIDING VAN ONZE WEG KOMT VAN GOD

Nooit inderdaad  
hebben de heiligen  
de weg die zij gingen  
bij hun streven  
naar de deugd  
en de volmaaktheid,  
aan hun eigen inspanning  
toegeschreven,  
maar veeleer smeekten zij deze van de Heer,  
zeggend:

*Richt mij  
in uw waarheid (Ps. 25,5),*

en:

*Richt mijn weg  
voor uw aanschijn (Ps. 5,9).*

Een ander verklaart  
dat hij dit  
niet alleen door het geloof weet,  
maar het ook door ervaring  
en als het ware in de natuur zelf van de dingen  
heeft ontdekt:

*Ik weet, Heer,  
dat de mens  
zijn weg niet bepaalt:  
de gang van de mens*

proclamat:  
*cognoui domine  
quia non est in homine  
uia eius:  
nec uiri est  
ut ambulet,  
et  
dirigat gressus suos.*

et ipse dominus  
ad Israhelem  
*et dirigam eum ego, inquit,  
ut abietem uirentem:  
ex me tuus fructus inuentus est.*

*ligt niet in zijn macht  
en hij kan zelf  
zijn schreden niet richten (Jer. 10,23).*

En de Heer zegt  
tot Israël:  
*Ik richt hem op  
als een altijd groene den,  
door Mij draagt gij vrucht (Hos. 14,9).*

#### XIV. QUOD SCIENTIA LEGIS MAGISTERIO ET INLUMINATIONE DOMINI CONFERATUR

Legis quoque ipsius scientiam  
non lectionis industria,  
sed magisterio et inluminatione dei  
cotidie desiderant  
adipisci  
dicentes ad eum:  
*uias tuas domine  
demonstra mihi:  
et semitas tuas  
edoce me,*  
et:  
*reuela oculos meos:  
et considerabo mirabilia  
de lege tua,*  
et:  
*doce me facere  
uoluntatem tuam,  
quia tu es deus meus,*  
et iterum:  
*qui doces hominem  
scientiam.*

#### 14. DE KENNIS VAN DE WET WORDT DOOR HET ONDERRICHT EN DE VERLICHTING VAN DE HEER GESCHONKEN

Ook de kennis van zijn wet  
verlangen zij dagelijks  
niet door ijverige lezing,  
maar door Gods onderricht en verlichting  
te verwerven,  
en zij zeggen tot Hem:  
*Toon mij, Heer,  
uw wegen  
en maak mij  
uw paden bekend (Ps. 25,4),*  
en:  
*Neem de sluier van mijn ogen,  
opdat ik de wonderen  
van uw wet beschouwe (Ps. 119,18),*  
en:  
*Leer mij  
uw wil te doen,  
want Gij zijt mijn God (Ps. 143,10),*  
en nog:  
*Gij, die de mens  
de kennis leert (Ps. 94,10).*

#### XV. QUOD INTELLECTUS, QUO MANDATA DEI POSSIMUS AGNOSCERE, ET BONAE UOLUNTATIS EFFECTUS A DOMINO CONDONETUR

1. Ipsum etiam intellectum  
beatus Daud,  
quo mandata dei  
possit agnoscere,  
quae utique in libro legis  
nouerat  
esse perscripta,  
a domino postulat  
promereri  
dicens:  
*seruus tuus sum ego:  
da mihi intellectum,*

#### 15. HET BEGRIIP WAARDOOR WIJ GODS GEBODEN KUNNEN KENNEN EN DE NEIGING VAN DE GOEDE WIL WORDEN DOOR DE HEER GESCHONKEN

1. Zelfs het begrip  
om Gods geboden  
te kunnen kennen,  
vraagt  
de zalige David  
van de Heer,  
terwijl hij toch wist  
dat deze in het boek van de Wet  
geschreven stonden.  
*Uw dienaar, zegt hij,  
ben ik:  
geef mij begrip,*

*ut discam mandata tua.*

utique  
et intellectum  
semel sibi per naturam praestitum  
possidebat,  
notitiam quoque mandatorum dei,  
quae descripta tenebantur in lege,  
utique habebat  
in promptu.

et tamen  
ut hanc plenius adprehenderet  
dominum precabatur,  
sciens  
nequaquam sufficere sibimet posse  
id quod per naturam conditionis insertum est,  
nisi  
cotidiana  
domini inluminazione  
ad intellegendam spiritaliter legem  
ac mandata eius apertius agnoscenda  
sensus ipsius  
ab eodem fuerit inlustratus,  
ipso etiam  
uase electionis  
hoc quod dicimus  
clarius praedicante:  
*deus est enim  
qui operatur in uobis  
et uelle  
et perficere,  
pro bona uoluntate.*

2. quid potuit apertius dici  
quam ut  
et bonam uoluntatem nostram  
et operis consummationem  
a domino in nobis  
pronuntiaret impleri?

et iterum:  
*quia uobis donatum est pro Christo,  
non solum ut in eum credatis,  
sed ut etiam pro illo patiamini.*  
hic quoque  
et initium  
conuersionis ac fidei nostrae  
et passionum tolerantiam  
donari nobis a domino  
declarauit.

quod intellegens  
Dauid quoque  
similiter orat  
sibi hoc ipsum  
domini miseratione concedi dicens:  
*confirma deus hoc,  
quod operatus es in nobis,  
ostendens*

*opdat ik uw geboden lere (Ps. 119,25).*

Zeker,  
hij bezat ook  
het verstand  
dat de natuur hem eenmaal geschonken had;  
ook had hij  
de kennis van Gods geboden  
die in de Wet geschreven stonden,  
tot zijn beschikking.

En toch  
bad hij de Heer  
om ze vollediger te begrijpen,  
wetend  
dat het natuurlijk verstand  
volstrekt niet kan volstaan,  
als  
het niet  
dagelijks  
door 's Heren licht  
wordt verlicht  
om de wet geestelijk te begrijpen  
en haar geboden met groter helderheid te kennen.  
Het uitverkoren werktuig  
leert  
wat wij hier zeggen  
eveneens, in duidelijke termen:  
*God is het immers  
die in u  
én het willen  
én het handelen bewerkt,  
om zijn heilsplan te verwezenlijken (Fil. 2,13).*

2. Wat had duidelijker kunnen zijn  
dan zeggen dat  
zowel onze goede wil  
als ook het volbrengen van het werk  
door de Heer in ons  
tot stand wordt gebracht?

En eveneens zegt hij:  
*U is het gegeven,  
niet alleen in Christus te geloven,  
maar ook voor Hem te lijden (Fil. 1,29).*  
Hier verklaart hij  
nogmaals  
dat zowel het begin  
van onze bekering en van ons geloof  
alsook het dragen van ons lijden  
ons door de Heer wordt geschonken.

David,  
die dit eveneens begreep,  
bad op soortgelijke wijze,  
dat 's Heren erbarming  
het hem geven zou:  
*Bevestig, God,  
wat Gij in ons bewerkt hebt (Ps. 68,29).*  
Hierdoor toont hij,

non sufficere sibi  
salutis principia  
dono dei gratia que conlata,  
nisi fuerint eadem miseratione ipsius  
et cotidiana opitulatione  
perfecta.

non enim liberum arbitrium,  
sed  
*dominus soluit conpeditos:*  
non nostra uirtus,  
sed

*dominus erigit elisos:*  
non lectionis industria,  
sed  
*dominus inluminat caecos,*  
quod Graece dicitur  
kurio~ sofoi tuflou~,  
id est

*dominus sapientes facit caecos:*  
non nostra cautio,  
sed  
*dominus custodit aduenas:*  
non nostra fortitudo,  
sed  
*dominus adleuat (siue suffulcit) omnes,*  
*qui conruunt.*

haec autem dicimus,  
non ut studium nostrum  
uel laborem atque industriam  
quasi inaniter et superfluo inpendenda  
uacuemus,  
sed ut nouerimus  
nos sine auxilio dei  
nec adniti posse  
nec efficaces nostros esse conatus  
ad capessendum  
tam inmane praemium puritatis,  
nisi nobis  
adiutorio domini ac misericordia  
fuerit contributum.

*equus*  
enim  
*paratur in diem belli:*  
*a domino autem est adiutorium,*  
*quia non est*  
*in fortitudine potens uir.*

4. oportet ergo  
nos semper  
cum beato Dauid canere:  
*fortitudo mea,*  
*et laudatio mea*  
non liberum arbitrium  
sed  
*dominus:*  
*et factus est mihi in salutem.*

quod  
doctor quoque gentium

dat het begin van het heil,  
door Gods gave en genade geschonken,  
nog niet voldoende is,  
zo het niet door diezelfde goedheid van Hem,  
door zijn dagelijkse hulp,  
wordt voltooid.

Immers, niet de vrije wil,  
maar  
*de Heer maakt de geboeiden los;*  
niet onze kracht,  
maar  
*de Heer richt de geslagenen op;*  
niet de ijverige lezing,  
maar  
*de Heer verlicht de blinden*  
(volgens het Grieks wordt hier gezegd:

*De Heer maakt de blinden wijs);*  
niet onze zorg,  
maar  
*de Heer behoedt de zwervers;*  
niet onze kracht,  
maar  
*de Heer herstelt (of ondersteunt) hen*  
*die vallen (Ps. 146,7-9; Ps. 145,14).*

Dit alles zeggen wij  
niet om onze ijver  
en moeite en inspanning  
hun waarde te ontnemen,  
als waren die ijdel en overbodig,  
maar opdat wij weten  
dat wij zonder Gods bijstand  
geen poging kunnen doen  
en onze pogingen niet doeltreffend zijn  
om de overgrote prijs van de zuiverheid  
te verwerven,  
zo niet  
Gods hulp en barmhartigheid  
haar ons schenkt.  
Want:  
*Het paard*  
*wordt getuigd voor de dag van de strijd:*  
*maar van de Heer komt de hulp,*  
*want de mens is niet sterk*  
*door eigen kracht (Spr. 21,31; 1Sam. 2,9).*

4. Steeds moeten wij  
dus  
met de zalige David zingen:  
*Mijn kracht*  
*en mijn lof is*  
niet mijn vrije wil,  
maar  
*de Heer:*  
*en Hij is mij geworden tot heil (Ps. 118,14).*

Ditzelfde  
roept ook

non ignorans  
idoneum se factum  
ministerio noui testamenti  
non suo merito nec sudore,  
sed dei miseratione,  
proclamat:  
*non quod simus, inquit, idonei  
cogitare aliquid ex nobis  
quasi a nobis,  
sed sufficientia nostra ex deo est.*

quod  
minus Latine,  
sed expressius  
dici potest:  
*idoneitas nostra ex deo est.*  
denique sequitur:  
*qui et idoneos nos fecit  
ministros  
noui testamenti.*

de Leraar der heidenen uit,  
die zich bewust is  
dat hij niet door zijn verdienste en zijn zweet,  
maar door Gods erbarming  
bekwaam is geworden  
voor de bediening van het Nieuwe Verbond:  
*Niet dat wij bekwaam zijn, zegt hij,  
om zelf iets te bedenken,  
alsof het voortkwam van onszelf;  
maar onze geschiktheid is uit God*

(voor dit laatste kan men,  
in een minder goed Latijn,  
maar duidelijker van betekenis,  
zeggen:  
*ons bekwaam zijn is uit God.*  
Dan volgt er:  
*die ons bekwaam heeft gemaakt  
dienaars te zijn  
van een nieuw verbond (2Kor. 3,5-6).*

#### XVI. QUOD IPSA FIDES A DOMINO CONCEDATUR

1. In tantum autem  
uniuersa  
quae ad salutem pertinent  
apostoli sibimet a domino largita  
senserunt,  
ut ipsam quoque fidem  
praestari sibi  
a domino  
postularent dicentes:  
*adde nobis fidem,  
plenitudinem eius  
non libero arbitrio  
praesumentes,  
sed dei sibi credentes munere  
conferendam.*

Denique  
docet nos idem  
auctor salutis humanae,  
quam ipsa fides nostra  
lubrica sit  
et infirma  
et nequaquam sibi sufficiens,  
nisi fuerit auxilio domini roborata,  
dicens ad Petrum:  
*Simon Simon,  
ecce Satanas expetivit vos  
ut cribraret vos tamquam triticum:  
sed ego rogavi patrem meum,  
ne deficeret fides tua.*

2. Quod  
alius in semet ipso sentiens  
fieri  
et quodammodo fidem suam  
infidelitatis fluctibus

#### 16. HET GELOOF ZELF WORDT DOOR DE HEER GESCHONKEN

1. Zozeer  
beseften de apostelen,  
dat al  
wat tot het heil behoort  
hun door de Heer werd geschonken,  
dat zij ook het geloof zelf  
van de Heer  
vroegen  
te verkrijgen zeggend:  
*Vermeerder ons geloof (Lc. 17,5).*  
De volheid daarvan  
verwachtten zij niet  
van hun vrije wil,  
maar zij vertrouwden dat Gods gave hun  
die zou schenken.

Trouwens,  
de Bewerker van 's mensen heil zelf  
leert ons  
hoe wankel  
en zwak  
ons eigen geloof is  
en volstrekt ontoereikend  
als het niet door de hulp van de Heer is gesterkt.  
Tot Petrus zegt Hij:  
*Simon, Simon,  
weet dat de Satan heeft geëist  
u te ziften als tarwe:  
Maar Ik heb mijn Vader gebeden  
dat uw geloof niet zou bezwijken (Lc. 22,31-32).*

2. Toen een ander  
dit laatste  
bij zich voelde gebeuren  
en zijn geloof als het ware  
door de golven van het ongelooft

ad perniciosi naufragii videns scopulos  
perurgeri  
ad eundem dominum  
auxilium fidei suae postulans  
dicit:

*domine,  
adiuva infidelitatem meam.*

in tantum itaque  
senserunt  
euangelici et apostolici uiri  
uniuersa quae bona sunt  
auxilio domini  
consummari,  
et ne ipsam quidem fidem suam  
confisi sunt  
inlaesam se posse  
suis uiribus  
uel arbitrii libertate  
seruare,  
ut hanc  
uel adiuuari in se  
uel donari sibi  
a domino  
postularent.

3. quae  
si in Petro  
ne deficeret  
domini egebat auxilio,  
quis erit tam praesumptor et caecus,  
qui se erga huius custodiam  
cotidiano domini credat adiutorio  
non egere?  
praesertim  
cum ipse dominus in euangelio  
hoc ipsum euidenter expresserit  
dicens:

*sicut palmes  
non potest fructum facere  
a semet ipso  
nisi in uite manserit,  
ita et uos  
nisi in me manseritis,*

et iterum:

*quia sine me  
nihil potestis facere.*

4. quam sit igitur  
ineptum ac sacrilegum  
quicquam de bonis actibus  
nostrae industriae  
et non dei gratiae uel adiutorio  
deputare,  
manifeste probatur  
dominica protestante sententia  
sine sua inspiratione uel cooperatione  
spiritalis fructus  
exhibere  
neminem posse.

naar gevaarlijke klippen zag gesleurd  
en op de rand van de schipbreuk gebracht,  
smeekte hij  
de Heer  
om hulp voor zijn geloof:

*Heer,  
kom mijn ongeloof te hulp (Mk. 9,23).*

Zo zeer dus  
beseften  
de mannen van het evangelie en de apostelen,  
dat al wat goed is  
door de hulp van de Heer  
wordt volbracht,  
en zo weinig vertrouwden zij,  
zelfs maar hun geloof  
ongerept te kunnen  
bewaren  
uit hun eigen kracht  
en vrijheid van wil,  
dat zij  
de Heer smeekten  
het  
in hen te helpen  
of het hun te schenken.

3. Als nu het geloof  
in Petrus  
om niet te bezwijken  
de hulp van de Heer behoefde,  
wie zal er dan zo vermetel en blind zijn  
te menen dat hij de dagelijkse hulp van de Heer  
niet nodig heeft  
om het zijne te bewaren?  
Te meer  
omdat de Heer zelf in het evangelie  
het zo duidelijk heeft gezegd  
:

*Zoals de rank  
geen vrucht kan dragen  
uit zichzelf,  
als zij niet aan de wijnstok blijft,  
zo gij evenmin,  
als gij niet blijft in Mij (Joh. 15,4),*

en nogmaals:

*Zonder Mij  
kunt gij niets doen (Joh. 15,5).*

4. Deze uitspraak van de Heer,  
dat niemand  
zonder zijn ingeving en medewerking  
geestelijke vruchten  
kan voortbrengen,  
bewijst duidelijk,  
hoe dwaas en heiligschennend  
het dus is,  
ook maar iets van zijn goede werken  
aan eigen inspanning  
toe te schrijven  
in plaats van aan de hulp van Gods genade.

omne  
enim  
datum bonum  
et omne donum perfectum  
de sursum est descendens  
a patre luminum.

Zacharias quoque:  
quia si quid bonum,  
ipsius est,  
et si quid optimum,  
ab ipso.

et ideo constanter  
beatus apostolus  
quid, inquit, habes  
quod non accepisti?  
quodsi accepisti,  
quid gloriaris  
quasi non acceperis?

XVII. QUOD MODERATIO ET TOLERANTIA  
TEMPTATIONUM NOBIS A DOMINO TRIBUATUR  
Summam quoque tolerantiae  
qua temptationes inlatas  
sustinere possimus  
non tam in nostra uirtute  
quam in dei misericordia  
et moderatione consistere  
beatus apostolus ita pronuntiat:  
temptatio uos non adprehendit  
nisi humana.  
fidelis autem deus,  
qui non permittet  
uos temptari super id quod potestis,  
sed faciet cum temptatione et exitum,  
ut sustinere possitis.

deum quoque  
aptare siue confirmare  
animos nostros  
ad omne opus bonum  
et operari in nobis ea  
quae sibi sunt placita  
idem apostolus docet:  
deus autem pacis,  
qui eduxit de tenebris  
pastorem magnum ouium  
in sanguine testamenti aeterni,  
Iesum Christum,  
aptet uos in omni bono,  
faciens in uobis quod placeat coram se.

quod  
etiam Thessalonicensibus  
ut eueniat  
ita precatur dicens:

Want:  
Elke  
goede gave,  
elk volmaakt geschenk,  
daalt neer van boven,  
van de Vader der lichten (Jak. 1,17).

Zacharias zegt eveneens:  
Als er iets goeds is,  
is het van Hem  
en is er iets uitmuntends,  
het komt van Hem (Zach. 9,17 LXX).

In overeenstemming hiermee  
vraagt de Apostel:  
Wat bezit jij  
dat jij niet gekregen hebt?  
En als jij het gekregen hebt,  
wat beroemt jij u er dan op  
alsof jij het niet gekregen had? (1Kor. 4,7).

17. DE HEER MATIGT DE BEKORINGEN EN GEEFT HET  
ONS ZE TE DRAGEN  
Het gehele geduld ook,  
waarmee wij de bekoringen die over ons komen  
kunnen doorstaan,  
berust niet zo zeer op onze kracht  
als wel op de barmhartigheid van God  
en op het feit dat Hij ze matigt.  
De zalige Apostel drukt dit als volgt uit:  
Gij staat aan geen enkele beproeving bloot  
die de menselijke maat overschrijdt.  
En God is getrouw:  
Hij zal niet toelaten  
dat zij boven uw krachten beproefd wordt;  
maar met de beproeving bepaalt Hij al het  
einde,  
zodat zij ze kunt doorstaan (1Kor. 10,13).

Ook leert hij  
dat God  
onze zielen  
bereid maakt en versterkt  
tot ieder goed werk,  
en in ons uitwerkt  
wat Hem behaaglijk is:  
De God van de vrede,  
die de grote Herder der schapen,  
Jezus Christus,  
uit de dood heeft doen opstaan  
door het bloed van een eeuwig verbond,  
make u bereid tot al het goede,  
uitwerkend in u wat Hem behaagt (Hebr.  
13,20-21).

Ook voor de Tessalonicenzen  
bidt hij

*ipse autem dominus Iesus Christus  
et deus pater noster,  
qui dilexit nos  
et dedit consolationem aeternam  
et spem bonam in gratia,  
exhortetur corda uestra  
et confirmet  
in omni opere et sermone bono.*

XVIII. QUOD PERPETUITAS TIMORIS DEI NOBIS A  
DOMINO CONFERATUR

*Ipsium denique  
timorem dei,  
quo firmiter eum tenere possimus,  
a domino nobis  
Hieremias propheta ex persona dei  
manifeste testatur infundi  
ita dicens:  
et dabo eis cor unum,  
et uiam unam,  
ut timeant me uniuersis diebus:  
et bene sit eis,  
et filiis eorum post eos.  
et feriam eis pactum sempiternum,  
et non desinam eis bene facere:  
et timorem meum dabo in corde eorum  
ut non recedant  
a me.*

Ezechiël quoque:

*et dabo eis cor unum,  
et spiritum nouum tribuam  
in uisceribus eorum:  
et auferam cor lapideum de carne eorum,  
et dabo eis cor carneum:  
ut in praeceptis meis ambulent,  
et iudicia mea custodiant,  
faciant que ea:  
et sint mihi in populum,  
et ego sim eis in deum.*

XIX. QUOD INITIUM UOLUNTATIS BONAE ET  
CONSUMMATIO EIUS A DOMINO SIT

1. Quibus  
manifestissime perdocemur  
et initium uoluntatis bonae  
nobis  
domino inspirante  
concedi,  
cum  
aut per se  
aut per exhortationem cuiuslibet hominis  
aut per necessitatem  
nos ad salutis adtrahit uiam,  
et perfectionem uirtutum

dat dit  
geschieden mag:

*Moge de Heer Jezus Christus zelf,  
moge God onze Vader  
die ons heeft liefgehad  
en door zijn genade eeuwige troost  
en goede hoop heeft geschonken,  
uw harten bemoedigen  
en sterken met alle goeds  
in woord en daad (2Tess. 2,16-17).*

18. DE BESTENDIGHEID IN DE VREZE GODS WORDT  
ONS DOOR DE HEER GESCHONKEN

De vreze Gods,  
ten slotte,  
waardoor wij Hem standvastig kunnen bezitten,  
wordt ons eveneens door de Heer  
ingestort,  
zoals de profeet Jeremia duidelijk getuigt,  
als hij God aldus laat spreken:  
*En Ik maak hen één van hart  
en één van zin,  
om Mij voor immer te vrezen:  
opdat het hun goed ga  
en hun kinderen na hen.  
En Ik zal een eeuwig verbond met hen sluiten  
en Ik zal niet ophouden hun goed te doen.  
En de vrees voor Mij zal Ik in hun hart leggen,  
opdat zij zich niet  
van Mij verwijderen (Jer. 32,39-40).*

Ezechiël zegt eveneens:

*En Ik maak hen één van hart,  
en een nieuwe geest zal Ik hun schenken  
in hun binnenste,  
het stenen hart uit hun lichaam nemen  
en hun een hart van vlees geven,  
opdat zij volgens mijn geboden wandelen  
en mijn wetten onderhouden  
en ten uitvoer brengen.  
Zo zullen zij mijn volk,  
en zal Ik hun God zijn (Ez. 11,19-20).*

19. HET BEGIN VAN DE GOEDE WIL ÈN ZIJN  
VOLTOOIING ZIJN VAN DE HEER

1. Door dit alles  
wordt het ons met de grootste helderheid geleerd:  
èn het begin van de goede wil  
wordt ons  
door 's Heren ingeving  
geschonken,  
wanneer Hij ons  
of door zichzelf  
of door de aansporing van een mens  
of door een noodzaak  
trekt naar de weg van het heil;  
èn ook de volmaking der deugden

ab eodem similiter  
condonari,  
nostrum uero  
hoc esse,  
ut adhortationem auxilium que dei  
uel remissius  
uel enixius  
exsequamur,  
et  
pro hoc  
nos  
uel remunerationem  
uel supplicia  
dignissime promereri,  
quod  
eius dispensationi  
ac prouidentiae  
erga nos  
benignissima dignatione  
conlatae  
uel negleximus  
uel studuimus  
nostrae oboedientiae deuotione  
congruere.

2. quod  
euidenter in Deuteronomio aperte que  
describitur:

*cum, inquit, introduxerit te  
dominus deus tuus in terram,  
quam possessurus ingrederis,  
et deleuerit gentes multas coram te,  
Chettaeum et Gergesaeum  
et Amorraeum, Chananaeum,  
et Ferezaeum, Euaeum et Iebusaeum,  
septem gentes  
multo maioris numeri et robustiores te:  
tradiderit que eas dominus tibi,  
percuties eas usque ad internicionem.  
non inibis cum eis foedus,  
neque sociabis cum eis coniugia.*

quod igitur introducuntur in terram repromissionis,  
quod delentur gentes multae coram eis,  
quod traduntur in manus eorum nationes  
maioris numeri et robustiores  
quam populus Israhel,  
dei esse gratiam  
scriptura pronuntiat.

3. utrum autem percutiat eas Israhel  
usque ad internicionem,  
an reseruet eas et parcat,  
et utrum ineat necne cum eis foedus  
et utrum societ cum eis coniugia an non societ,  
ipsorum esse  
testatur.

quo testimonio  
manifeste discernitur,

is een gave  
van Hem.  
Aan òns  
is echter dit:  
dat wij Gods uitnodiging en hulp  
met ijver  
volgen  
dan wel met laksheid,  
en

loon  
of straf  
verdiene  
naargelang  
wij  
verzuimd  
of ons beijverd hebben  
aan de uiterst goedgunstige  
gaven  
van zijn voorzienigheid  
jegens ons  
door een toegewijde gehoorzaamheid onzerzijds  
te beantwoorden.

2. Glashelder  
wordt dit

in Deuteronomium beschreven:

*Wanneer de Heer uw God  
u het land heeft binnengeleid  
dat ge in bezit gaat nemen,  
en vóór u vele volken heeft verdelgd,  
de Chittieten, Girgasjieten,  
Ammonieten, Kanaänieten,  
Perizzieten, Chiwwieten en Jeboesieten,  
zeven volken  
veel talrijker en sterker dan gij:  
wanneer Hij hen aan u heeft overgeleverd,  
moet gij hen tot vernietigens toe verslaan.  
Gij moogt geen verbond met hen aangaan  
en geen huwelijken met hen sluiten (Dt. 7,1-3).*

Dat zij dus het beloofde land worden  
binnengeleid,  
dat vóór hen vele volken worden verdelgd,  
dat volken  
veel talrijker en sterker dan Israël,  
in hun handen worden overgeleverd,  
noemt de Schrift  
genade van God.

3. Maar of Israël hen verslaat  
tot vernietigens toe  
dan wel hen in leven laat en spaart,  
of het met hen een verbond aangaat of niet  
en of het huwelijken met hen sluit of niet,  
verklaart de Schrift  
van hen afhankelijk.

Door dit getuigenis

quid libero arbitrio  
quid ue dispensationi  
uel cotidiano adiutorio domini  
debeamus adscribere,  
et

quod diuinae sit gratiae  
praestare nobis  
occasiones salutis  
et prouentus secundos  
atque uictoriam,  
nostrum uero  
ut concessa dei beneficia  
uel intentius  
uel segnius  
exsequamur.

quam rationem etiam  
in illorum caecorum curatione  
satis euidenter uidemus expressam.

quod enim transit ante eos Iesus,  
diuinae prouidentiae et dignationis  
est gratia.

quod uociferantur et dicunt:  
*miserere nostri,*  
*domine, fili Dauid,*  
fidei ipsorum et credulitatis  
est opus.

4. quod uisum recipiunt oculorum,  
diuinae miserationis  
est munus.

quod autem  
etiam post perceptionem cuiuslibet muneris  
tam gratia dei  
quam ratio liberi perseueret arbitrii,  
leproso quoque decem  
qui pariter curati sunt  
declarat exemplum.

e quibus dum unus  
per arbitrii sui bonum  
gratiarum restituit actionem,  
dominus  
nouem requirens  
unum que conlaudans  
sollicitudinem adiutorii sui  
etiam circa inmemores beneficiorum suorum  
iugem se retinere  
demonstrat.

hoc ipsum enim  
uisitationis suae donum est,  
quod  
uel suscipit et adprobat  
gratum  
uel requirit ac reprehendit  
ingratos.

onderscheiden we duidelijk,  
wat we aan de vrije wil  
en wat aan de genade  
en dagelijkse hulp van de Heer  
moeten toeschrijven:

dat het aan Gods genade is,  
ons de gelegenheid om tot het heil te komen  
en een voorspoedige groei  
en de overwinning  
te schenken:  
maar aan óns,  
met de door God geschonken weldaden  
ijverig  
of traag  
mee te werken.

Deze verkondiging  
zien wij ook heel duidelijk uitgedrukt  
in de genezing van die blinden.

Dat Jezus langs hen komt,  
is genade  
van Gods voorzienigheid en goedheid;

dat zij roepen:  
*Ontferm U over ons,*  
*Heer, zoon van David*  
is het werk  
van hun geloof (Mt. 20, 31).

4. Dat zij het gezicht ontvangen  
is het geschenk  
van Gods ontferming.

Het voorbeeld van de tien melaatsen  
die tegelijk genezen werden (Lc. 17,11 e.v.),  
laat zien  
dat  
ook na het ontvangen van een geschenk  
zowel Gods genade  
als de vrije wil blijft bestaan.

Wanneer één van hen  
door de goedheid van zijn wil  
dank komt brengen,  
prijst de Heer hem,  
maar vraagt tevens naar de negen anderen:

hierdoor toont Hij,  
zijn zorg om te helpen  
te blijven bewaren, zelfs voor degenen  
die zijn weldaden niet gedachtig zijn.

Want beide  
is een gave van zijn bezoek:  
dat Hij  
de dankbare  
aanneemt en prijst  
en dat Hij naar de ondankbaren vraagt

en hen laakt.

XX. QUOD NIHIL IN HOC MUNDO SINE DEO GERATUR

1. Credere tamen  
inconcussa fide  
nos conuenit  
nihil sine deo prorsus  
in hoc mundo geri.

aut enim uoluntate eius  
aut permissu  
agi uniuersa  
fatendum est,  
ut scilicet  
haec quae bona sunt  
uoluntate dei perfici auxilio que credantur,  
quae autem contraria sunt  
permissu,  
cum  
pro nequitiis ac duritia cordis nostri  
deserens nos  
diuina protectio  
diabolum  
nobis  
uel ignominiosas corporis passiones  
patitur  
dominari.

2. quod etiam  
apostoli uocibus  
euentissime perdocemur  
dicentis:

*propter quod  
tradidit illos deus  
in passiones ignominiae,*

et iterum:

*quia non crediderunt  
deum habere in notitia,  
tradidit illos deus  
in reprobum sensum,  
ut faciant ea  
quae non conuenit,*

et ipse dominus

per prophetam:

*et non audiuit populus meus  
uocem meam:  
et Israhel non intendit mihi.  
propter quod dimisi eos, inquit,  
secundum adinuationes cordium eorum,  
ambulabunt  
in adinuationibus suis.*

20. NIETS IN DEZE WERELD GESCHIEDT ZONDER GOD

1. Wij behoren trouwens  
onwrikbaar vast  
te geloven  
dat er zonder God totaal niets  
in deze wereld geschiedt.

Men moet zeggen  
dat alles  
òf door zijn wil  
òf door zijn toelating gebeurt:  
het goede  
namelijk  
door zijn wil en hulp,  
het kwade echter  
door zijn toelating,  
wanneer  
om de boosheden en de verstoktheid van ons hart  
Gods bescherming  
ons verlaat  
en gedooft  
dat de duivel  
en de onterende hartstochten van het lichaam  
over ons  
heersen.

2. Dit leert ons ook  
het woord van de Apostel  
met grote duidelijkheid

:

*Daarom heeft God, zegt hij,  
hen overgeleverd  
aan onterende hartstochten (Rom. 1,26);*

en nogmaals:

*Daar zij hebben geweigerd  
God te kennen,  
heeft God hen prijsgegeven  
aan hun ondeugdelijke gezindheid,  
zodat zij doen  
wat niet te pas komt (Rom. 1,28).*

En de Heer zelf

zegt door de profeet:

*En mijn volk heeft niet  
naar mijn stem geluisterd,  
en Israhel geen acht op Mij geslagen.  
Daarom, zegt Hij, gaf Ik hen prijs  
aan de grillen van hun hart:  
zij zullen wandelen  
naar hun eigen grillen (Ps. 81,12-13).*

XXI. OBIECTIO SUPER LIBERI ARBITRII POTESTATE

Germanus:

Hoc testimonium

apertissime liberum demonstrat arbitrium  
quod dicitur:

21. OPWERPING, OVER DE MACHT VAN DE VRIJE WIL

Germanus:

Deze plaats

bewijst allerduidelijkst de vrije wil,

waar gezegd wordt:

*Als mijn volk*

*si populus meus  
audisset me,*  
et alibi:  
*et non audiuit populus  
meus uocem meam.*

cum enim dicit  
*si audisset,*  
ostendit  
in potestate illius fuisse  
uel adquiescendi  
uel non adquiescendi iudicium.

quomodo igitur  
non in nobis  
nostra salus  
est conlocanda,  
cum uel audiendi  
uel non audiendi  
ipse nobis concesserit facultatem?

XXII. RESPONSIO, QUOD LIBERUM ARBITRIUM  
NOSTRUM ADIUTORIO DOMINI SEMPER INDIGEAT

1. Pafnutius:  
Acute quidem considerastis  
hoc  
quod dicitur  
*si audisset me,*  
sed nequaquam  
qui sit  
qui ad audientem uel non audientem loquatur  
adattendistis  
nec illud  
quod sequitur:  
*pro nihilo utique  
inimicos eius humiliassem:  
et super tribulantes eum  
inmissem manum meam.*

nemo igitur  
haec quae protulimus,  
ut nihil geri sine domino  
probaremus,  
praua interpretatione detorqueus  
ad defensionem liberi arbitrii  
ita conetur adsumere,  
ut ab homine  
gratiam dei prouisionem que cotidianam  
temptet auferre  
per hoc quod dicitur:  
*et non audiuit populus meus  
uocem meam,*  
et iterum:  
*si populus meus audisset me,  
Israhel si in uis meis ambulasset  
et cetera,*  
sed respiciat,  
quod

*naar Mij had geluisterd* (Ps. 81,14),  
en elders:  
*En mijn volk heeft niet  
naar mijn stem geluisterd* (Ps. 81,12):

Want doordat Hij zegt  
*Als het had geluisterd,*  
toont Hij  
dat het in de macht van het volk lag,  
al  
of niet in te stemmen.

Hoe kan het dan  
dat wij ons heil  
niet van onszelf afhankelijk  
moeten stellen,  
als Hij toch zelf  
ons de macht heeft gegeven  
om al of niet te luisteren?

22. ANTWOORD: ONZE VRIJE WIL HEEFT DE HULP VAN  
DE HEER VOORTDUREND NODIG

1. Pafnutius:  
Scherp weliswaar hebt gij gezien  
wat  
er gezegd wordt:  
*Als het had geluisterd,*  
maar gij hebt er volstrekt niet  
op gelet,  
wie het is  
die spreekt tot hem die luistert of niet luistert,  
noch op hetgeen  
volgt:  
*Als een niets voorwaar  
had Ik zijn vijanden vernederd,  
en op zijn verdrukkers  
had Ik mijn hand doen komen* (Ps. 81,15).

Laat men dus niet trachten  
datgene wat wij hebben aangehaald  
om te bewijzen  
dat er niets zonder de Heer geschiedt,  
door een verkeerde uitleg te verdraaien  
en tot verdediging van de vrije wil  
aan te wenden,  
zodat men de mens  
Gods genade en dagelijkse bijstand  
poogt te ontnemen  
door de woorden:  
*En mijn volk heeft niet geluisterd  
naar mijn stem,*  
en:  
*Als mijn volk naar Mij had geluisterd,  
als Israël op mijn wegen had gewandeld  
enzovoorts.*  
Laat men veeleer bedenken  
dat

sicut liberi arbitrii facultas  
populi inoboedientia  
demonstratur,  
ita cotidiana circa eum prouisio  
dei clamantis quodammodo et monentis  
ostenditur.

2. cum enim dicit:

*si populus meus audisset me,*  
priorem utique se  
locutum eis  
euidenter ostendit.

quod  
fieri a domino  
non solum per legem scriptam litteris,  
uerum etiam cotidianis monitis  
solet  
secundum illud quod per Esaïam dicitur:  
*tota die  
expandi manus meas ad populum  
non credentem mihi  
et contradicentem.*

utrumque ergo  
potest hoc testimonio conprobari  
quod dicitur:  
*si populus meus audisset me,  
Israhel si in uis meis ambulasset,  
pro nihilo utique  
inimicos eius humiliassem:  
et super tribulantes eum  
inmisissem manum meam.*

3. nam  
sicut liberum arbitrium  
per inoboedientiam populi  
demonstratur,  
ita dispensatio dei et auxilium eius  
uersiculi ipsius initio  
declaratur  
ac fine,  
cum se  
et priorem  
locutum fuisse  
commemorat  
et postea  
inimicos eius  
humiliaturum,  
si ab eodem fuisset auditus.

nos enim  
per haec quae protulimus  
non  
liberum arbitrium hominis  
uolumus submouere,  
sed huic  
adiutorium et gratiam dei  
per singulos dies ac momenta  
necessariam conprobare.

zoals het vermogen van de vrije wil  
door de ongehoorzaamheid van het volk  
wordt bewezen,  
evenzeer Gods dagelijkse bijstand  
wordt aangeduid  
doordat Hij het als het ware toeroept en vermaant.

2. Wanneer Hij immers zegt:

*Als mijn volk naar Mij had geluisterd,*  
bewijst Hij toch duidelijk  
dat Hij als eerste  
tot hen heeft gesproken.

En dit spreken  
doet de Heer  
niet alleen door de geschreven wet,  
maar ook door dagelijkse vermaningen,

overeenkomstig hetgeen door Jesaja wordt  
gezegd:

*De gehele dag  
heb Ik mijn handen uitgestrekt naar een volk  
dat Mij niet gelooft  
en Mij tegenspreekt (Jes. 65,2).*

Beide dingen kunnen dus  
bewezen worden door onze tekst

:

*Als mijn volk naar Mij had geluisterd,  
als Israël op mijn wegen had gewandeld,  
als een niets voorwaar  
had Ik zijn vijanden vernederd,  
en op zijn verdrukkers  
had Ik mijn hand doen komen.*

3.  
Zoals de vrije wil  
door de ongehoorzaamheid van het volk  
wordt bewezen,  
zo blijken  
Gods voorzienigheid en hulp  
uit het begin  
en het einde van hetzelfde vers,  
wanneer Hij te verstaan geeft,  
dat Hij  
als eerste  
had gesproken  
en dat Hij vervolgens  
Israëls vijanden  
zou hebben vernederd  
als het naar Hem had geluisterd.

Neen, wij willen  
door hetgeen wij hebben aangehaald,  
de vrije wil van de mens  
niet  
opheffen,  
doch bewijzen  
dat hij Gods hulp en genade  
elke dag en elk ogenblik

4. His nos sermonibus eruditos  
abba Pafnutius  
e sua cella  
non tam alacres  
quam conpunctos corde  
ante medium noctis  
emisit,  
  
hoc nobis  
praecipuum suae conlationis  
conferens munere,  
ut  
cum  
per abrenuntiationis primae consummationem,  
quam tota uirtute studebamus implere,  
adtingenda nobis perfectionis culmina  
crederemus,  
inciperemus agnoscere  
necdum nos  
coepisse  
monachorum fastigia  
somniare,  
quippe qui  
de secunda abrenuntiatione  
parum quid in coenobiis eruditi  
tertiam,  
in qua omnis perfectio continetur  
quae que illas inferiores duas  
multis praecedat modis,  
ne auditu quidem  
nos antea percepisse  
nossemus.

nodig heeft.

4. Na deze onderrichting  
liet Abt Pafnutius ons  
vóór middernacht  
uit zijn cel  
vertrekken,  
niet zozeer in opgewektheid  
als wel met een vernederd hart.  
Want  
voordien  
meenden wij  
door de eerste verzaking,  
die we met alle kracht zochten te volbrengen,  
de toppen der volmaaktheid te zullen bereiken.  
Maar nu,  
als eerste vrucht  
van zijn gesprek,  
begonnen wij te begrijpen  
dat wij  
van de hoogten van het monniksleven  
zelfs nog niet  
gedroomd hadden.  
Over de tweede verzaking  
had men ons in de cenobietenkloosters  
nog wel iets geleerd,  
maar de derde,  
waarin alle volmaaktheid is vervat  
en die de beide lagere  
in zoveel opzichten overtreft,  
hadden wij tevoren  
bij ons weten  
zelfs niet horen  
noemen.